Zeer zeldzaam

Zie.

Dodt v. Flensburg. Uitt. Geschiedk. p 40

Gryphius. De script. saec. XVII ill. p. 406

MAVRITIADOS
LIBRI VI.

in quibus Belgica describitur: ciuilis belli caussæ, illustriss. ac fortissimi Herois MAVRITII NASSOVII, etc. natales et VICTORIÆ explicantur.

Opera et studio

GASPARVS ENS L.

COLONIÆ
Apud Gulielmum Lutzenkirchen
M D C X II.

ILLVSTRISSIMO AC VICTORIOSO PRINCIPI ET DOMINO,

D. MAVRITIO,nato PRINCIPI *Arausiensi:* COMITI *Nassouiæ, Cattimeliboci,Viandæ, Dietzæ, Morsæ:* MARCHIONI *Veræ & Flißingæ:* DOMINO *Polanæ, Leccæ, Grauiæ, Cucciæ,S. Viti, Dasburgi:* GVBERNATORI *generali Geldriæ.Hollandiæ,Selandiæ,Vestfrisiæ, Vltraiecti,Trans Isalaniæ,&c. summo Belgij Confederati terra marique militiæ* IMPERATORI.

ETsi tantus est virtutum tuarũ splendor, *Illustriß. Princeps, heros victoriosißime*, tãta rerũ à te gestarũ magnitudo, nullius vt pręconijs pro merito celebrari poßint; eoque non iniuria verendum sit, ne quis mihi in laudes tuas aliquid moliẽti, temeritatis dicã impingat: spero tamen hunc meum

conatum bonis omnibus & virtutis amantibus facile me probaturum. Themiſtoclem ferunt Miltiadis trophæis ac triumphalibus ornamentis ita fuiſſe affectum, vt noctu ſomnũ capere non poſſet. Quidni ego noſtræ per Germaniam, atque etiam alia regna & regiones iuuẽtutis Principibus, idem euenturum putem, quotieſcunque cumulatas tuas victorias intuebuntur? Sane quum oculos ad feliciter adoleſcentes in ſereniſſimis & illuſtriſſimis tam Electoralibus quã Principalibus familijs, Pa-

latina

latina inprimis, Brandebur
gica, Hassiaca, Virtem-
bergica, &c. Principum fi-
lios cõuerto, toties me spes
tenet, præcipitem Reipu-
blicæ, vt videtur, statum,
vt iam ab ipsorum parenti-
bus adhuc sustentatur, ita
porro quoque ab eorum fi-
lijs sufflaminari posse. Tan-
ta est scilicet, quæ in non-
nullis iamiam sese ostendit,
vis indolis, vt nihil non sin-
gulare de ijs possimus nobis
polliceri. Quamuis autem
hij omnes ijs sint orti ma-
ioribus, vt non aliunde quã
ab illis ipsis omnium virtu-
tum exẽpla petere necesse

habeant: non dubito tamen eorundem animos victorijs tuis legendis (in quibus omnium tam politicarum quam militarium virtutum perfectissima quædam idea expressa cernitur) mirifice inflammatum iri. Vt iam nihil dicam de vniuersa tua ILLVSTRISSIMA, & tot dignatione præcipuis adfinitatibus innexa familia, è qua tanquam ex equo Troiano tot fortissimi peritissimique bellatores prodierunt, & adhuc prodeunt, & per Dei gratiam succrescunt; quibus acrius ad virtutem cal-

car

ƈar addi profectò nequeat: quam ſi res à te geſtas cōtemplari iubeantur. Quod vt, quum illi tum omnes commodius facere poſſet, in libello hoc præcipua capita earum (nam omnia quis poſſit) deſcripſi, tuoque illuſtriſſimo nómini conſecraui.

Hunc meum conatum Veſtra vt Excellentia bonam in partem accipiat, humilime rogo atque oro, dum Panegyricum, ſi non tam ornatum quam Traiano Imperatori à Plinio dictus olim fuit, non minus tamen verum, elaborâro.

 Heîc

Heîc ëgò, *illuſtriſsime Princeps, Domine clementiſsime*, vota mea cum publicis coniungo: & Veſtræ Excellentiæ Neſtoreos annos, cum perpetua tam temporaria quam ſpirituali felicitate precor atque opto. In Vbijs anno Salutis à Chriſto reparatæ M D C. X I. pridie Calend. Septembris.

V. Excellentiæ

deuotiſsimus cliens

GASPAR ENS L.

MAVRITIADOS

siue

VICTORIARVM,

MAVRITII NASSOVII DVCTV ET AVSPICIIS tam in Belgio quam alibi partarum,

LIBER I.

In quo Belgij situs, cœli solique ingenium, incolarum mores, regionum flumina, oppida, imperia describuntur.

BELLA ac Victorias illustrissimi Principis ac fortissimi imperatoris Mauritij Nassouij ductu atque auspicijs partas descripturus, non abs re facturum me putaui, si paucis prius regionum istarum, vbi hęc gesta sunt, situm, aliaque ad sequentes historias melius intelligendas necessaria, ostenderem. Inferior Germania (maior Galliæ Belgicæ, cuius apud Cæsarem fit mentio, pars) diuisa est omnis in septendecim prouincias: qua-

rum aliquæ Ducatus titulo gaudent, nonnullæ Comitatus censentur, reliquæ Dominia vulgo dicuntur. In vniuersum, ab Aquilone Belgium vastissimo clauditur Oceano; ab Austro regni Gallici fines attingit; versus ortum quà Rheno & Mosa abluitur, Cliuensem & Iuliacensem agrum habet vicinum; ab occasu partim mari Britannico, partim Artesiæ finibus à Picardia, Galliæ prouincia, disterminatur. Ambitu suo vniuerso, vt Guicciardinus scribit, circiter mille Italica miliaria, vel trecentas quadraginta leucas Gallicas complectitur. Septē enim gradus & dimidium in longitudine(à gradu scilicet vigesimo secundo & semis vsque ad trigesimum):secundum latitudinē vero gradus quinque, nimirum à gradu quadragesimo & semis, vsque ad gradum quinquagesimumtertium & semis, continet. Sic ergo inter medium septimi & initium noni climatis Belgium iacet exporrectum:vbi diei longissimi in æstate varietas est ad horæ dodrantem. Ad medium enim septimi climatis maxima diei longitudo est horarum sedecim; ad initium vero nomini tribus quartis est maior: intra quod spacium paralleli omnes inter decimum sextum & vicesimum primum includuntur. Cœli temperies pro locorum ratione variatur. In maritimis enim regionibus aer crassior aliquanto est & humidior, salubris tamen, & magnis prævalidisque corporibus nutriendis aptus: at in locis mediterraneis idem mitior est, inprimis circa Brabantiæ Campaniam, vbi mirum in modum homines longęui reperiuntur. Aestiuum tempus vt plurimum peramœnum est, nec solis feruo-

re,nec

ræ nec muſcarũ & culicum examinibus mole-
ſtum. raro audiuntur tonitrua, rari exiſtunt ter-
ræmotus, quod & aer humidus ſit, & ſolum
depreſſum, minimeque cauernoſum. Hyemem
venti moderantur, quæ Borea & Euro flantibus
frigida ſatis eſt & glacialis; ſed ſpirantibus ven-
tis his oppoſitis, frigus in pluuiam conuerti-
tur, idque frequenter admodũ vſuuenit. Agri
perpetua quædam eſt & inoffenſa fere plani-
ties, exceptis quibuſdam in agro Luxembur-
gi, Namurci, & Hannoniæ locis, quæ alibi in
montes extolluntur. Solũ multis locis ſabulo-
ſum eſt, bonũ tamen & fertile, præter id quod
ericeta occupant, quæ tamen mirũ quàm læta
pecoribus paſcua præbeant, in Brabantia maxi-
mè, adeo vt nuſquam, etiã exterorũ teſtimonijs,
carnes guſtum habeant ſuauiorẽ. De his illud
Plinij intelligendum videtur, lib. XVIII. cap.
IV. Quid laudatius Germaniæ pabulis? & tamẽ
ſtatim ſubeſt arena tenuiſſimo ceſpitũ corio.
Regionũ aliæ frumenti ac reliquorum terrana-
ſcentiũ ſunt feraces; aliæ paſcendis pecoribus
magis accõmodatæ. & quãquam nullus hic ſit
olei, vini, ficuum, malorũ medicorum, & eiuſ-
modi fructuum prouentus, omniũ tamen ho-
rum mira paſſim eſt copia, regionis defectum
nauigationis ſupplentibus cõmodis, quę paulo
poſt in Hollandiæ deſcriptione attingemus.
Metalla quoque tellus pauciſſima gignit, lacu-
bus, ſtagnis & paludibus frequentiſſimis inter
ſecta, quum illa montes ament: fontes etiam
aquæ viuæ & ſaliẽtis pauci vel potius nulli vi-
ſuntur. Incolæ pulchra ſunt & decẽnti corporis
ſtatura, tam viri quã fœminæ, quorũ tamen illi,

Ager. Incolæ.

in Hollandia præſertim & Friſia, iuſtam plerunque excedunt. Fortitudinis ſummam inter Gallos iam olim eis laudem Cæſar tribuit, lib. 1. Commentariorum fortiſſimos eos omnium Gallorum appellans: & libro 11. ortos eos à Germanis dicit, Rhenumque antiquitus traductos, propter loci fertilitatem ibi conſediſſe, Galloſque qui ea loca incolebant, expuliſſe; ſoloſque fuiſſe, qui omni Gallia vexata, Teutonas Cimbroſque intra fines ſuos ingredi prohibuerunt; ex eaque re factum vti earum rerum memoria magnam ſibi auctoritatem magnoſque ſpiritus in re militari ſumpſerint: quam laudem multo meliori iure hodie eos ſibi vindicare poſſe, quam deſcribere aggredimur hiſtoria demonſtrabit. Naturâ tamen, ſi ſuis moribus vti eis liceat, pacis artibus, inprimis mercaturæ magis ſunt dediti, quam feminæ pariter ac viri ſcitiſſime atque impigrè exercent, multumque in ea maris & fluminum, ſingulas ferè regiones irrigantium, commoditatibus adiuuantur. Rei enim nauticæ ſunt peritiſſimi, vtpote qui nuper Hiſpanorum & Luſitanorum exemplo orbem vniuerſum circumnauigarint. Mechanica quoque artificia, inprimis artem textoriam, ſingulari induſtria tractant, nouis quotidie ſuperadditis inuentis: de quibus in particulari cuiuſque prouinciæ deſcriptione ſigillatim agemus. Ceteroqui frigidi ſunt ac cunctatores, ab ambitione, inuidia & ſuperbia remoti (quæ tamen, vt & alia vitia, longa iam conſuetudine & exterorum contagione paullatim inoleuere) libertatis ſupra modum amantes, ſinceri, aperti, creduli, vbi

Belgæ Mercurii & Neptuni filii.

vero

vero ſemel decepti fuerint, ſuſpicionibus indulgentes, non facile ab animi propoſito dimoueri ſe patiuntur. Munditie ac delicijs in re & ſupellectili domeſtica vniuerſum orbem prouocant, cibo tamen familiari etiam in magnis opibus domi contenti, Hollandi præſertim & Mattiaci: alias enim nonnullas prouincias ſumtuoſus exterorum luxus contaminauit, isq; ad ipſa Germaniæ viſcera iam peruaſit. Linguarum vterque ſexus ita ſtudioſus eſt, vt præter vernaculam multi ternas, plures binas, ſinguli fere vnam calleant peregrinam. Etſi vero in vniuerſum Belgæ Mercurio magis quam Muſis addicti ſunt: vigent tamen inter eos literarum ſtudia, quibus plerique omnes in pueritia tinguntur magis quam imbuuntur, procedente ætate ad rei familiaris & mercaturæ ſtudium abrepti. qui vero in cœpto curſu perſiſtunt, incredibile eſt quam longè, atque adeo ſupra omnem pæne ingeniorum laudem progrediantur: quod plurimis exemplis palam facere poſſem, niſi me res vt ad ſingularum prouinciarũ deſcriptionem veniam, moneret.

Belgæ frugales.

Belgium omne in ſepteẽdecim ſupra dixi prouincias eſſe diſtributum; in quibus quatuor ſunt Ducatus, Brabantia, Limburgum, Luxenburgum, Geldria: Comitatus ſeptem, Flandria ſcilicet, Arteſia, Hannonia, Hollandia, Selandia, Namurcum, Sutphania, & Marchionatus, quem vocant, Imperij: Dominia denique quinque, Friſia nimirum, Machlinia, Vltraiectum, Trans Iſalana, & ager Groningenſis; à quibus etiam aliæ veluti minorum gentium ditiones dependent, omnes illæ cultiſſimæ, vtpote in

Belgicæ Prouinciæ.

quibus, teſtante Guicciardino, ducentæ & octo numerantur vrbes, muris, aggeribus & foſſis munitæ, pagorum vero plures quam ſex millia & trecenti, præter villas, caſtella & arces, quarum magnus quoque eſt numerus. Quatuor olim in his regionibus fuere Epiſcopatus, Cameracenſis ſcilicet, Tornacenſis, Atrebatenſis, qui ad Rhemenſis Archiepiſcopi iuriſdictionem pertinent; & Vltraiectinus, qui Colonieñſi eſt ſubiectus. Academiæ ſeu publica Gymnaſia tria ſunt, Louanium, Duacum, & Lugdunum Batauorum: quamquam nuper etiam Friſiæ Ordines, Franequeræ, non inamœno oppido, publicam ſcholam aperuerunt. Fluuij quibus hæ regiones irrigantur, præcipui ſunt, Rhenus, Moſa, Scaldis, Aa, & Amiſus, & multi alij minores, quorum nomina & curſum, quantũ inſtituti noſtri feret ratio, paucis indicare operæprecium duxi. Rhenus fluuiorum non Germaniæ tantum, ſed etiam Europæ poſt Danubium merito Rex dici poteſt. Oritur in monte Adula, qui hodie S. Gothardi & Vogel nomine notus eſt. Helueticas ciuitates, deinde Vormatiam, Moguntiacum, Confluentiã, Bonnam, Coloniam Agrippinã præterlapſus, multiſque nobiliſſimis amnibus auctus, ad Lobicum caſtrum in Geldriæ finibus (vbi hodie munitiſſimũ propugnaculum Schenckianum vulgo à primo eius conditore appellatum, in ipſius veluti diuortij ore conſpicitur) in duos alueos vel cornua ſe ſcindit, quorũ hoc quod deſcendentibus ad læuã eſt, Vahalis indigetatũ, Neomagum, Tielam, & Bommeliã alluens, ad Heruerdã pagum cũ Moſa miſcetur; paulloque infe-

Epiſcopatus.

Fluuij.

Rhenus.

us rursum diuortio facto seorsim vterque la-
itur ad aciē Leostænum vsque (intra quod
pacium,ab Heruerda scilicet pago ad modo
ictā arcem,Bommelia insula includitur) vbi
Vahalis obliterato nomine, Mosæ tantum ce-
ebratur. Quod Tacito quoque iā olim non ig-
otum fuit. Sic enim scribit libr. I. Annaliū: »
Rhenus vno alueo contentus, aut modicas »
nsulas circumveniens, apud principiū agri »
Batavi velut in duos amnes diuiditur, seruat- »
que vim & violentiā cursus qua Germaniam »
præteruehitur, donec Oceano misceatur: ad »
Galliam ripā latior & placidior affluens, verso »
cognomento (Vahalim accolæ dicunt) mox »
id quoque vocabulū Mosæ nomine mutat,eius- »
que immenso ore eundem in Oceanū effundi- »
tur. Alterum, idque minus cornu, septentrio-
naē versus tendit, Arnhemū vsque Geldriæ in
illa parte metropolim: vnde Drusus Nero Au-
gusto Imperiū moderante, fossam amplissimā
ad Isalā vsque fluuiū vbi Dusburgum iacet, per
decē millia passuū duxit,duoque hæc flumina
cōmisit,quo ad oppugnandos Frisios, Cherus-
cos,& alios populos classis traduci posset. In-
fra hanc nomen quidē Rhenus retinet, magno
tamen aquarū facto dispendio, quibus Isala
auctus multo illo tumidior & violentior in si-
nū Australē,Sutphaniā, Dauentriā, Campenā,
prætergressus,exit: Rhenus verò abhinc trecē-
tis annis cursū valde mutauit. Olim enim Vl-
traiectū,Vordā & Lugdunū preteruectus,non
procul à Cattorum vico in Oceanū se effudit,
eumque cursum pars quædā pigre admodum
incedens hodieq, seruat,sic tamen vt ostiū eius

quà in Oceanum exit, aquis magna ex parte in vicina loca hinc indè per multos riuos disperſis, vel ab arenarum collibus abſorptis, vix appareat. Mutationem hanc anno MCLXX. accidiſſe ſcribunt, quo anno Rheni exitus arenis violentia & æſtu maris adiectis ita fuit obſtructus, vt quum in Oceanum non poſſet, in vicinum fluuium Leccum Rhenus aquas ſuas communi alueo deferendas euoluerit, ſub eius nomine nunc quoque magna ſui parte latens, cumque eo Culemburgum, Vianam, Schonhouam aliaque Batauiæ oppida præterfluens, prope Crimpam in Meruam, dein in Moſæ oſtium ad Portegallam inſulam exoneratus. atque hæc de Rheno quantum ad noſtrum inſtitutum ſatis videtur, dicta ſunto. Moſa è monte Vogeſo in finibus Lingonum originem ſumit, & Fanum Theobaldi, Virodunum, Carlomontium, Bouinas, Dinantum, Namurcum, prætergreſſus, Sambra recepto, inde Huium, Leodiũ, & Traiectum tendit, dein Stochemum, Ruræmundam, & Venlonam, agrum Cucianum, Grauiam, Raueſtænum, Mægam alluens, ad Heruerdam pagum, vti prius diximus, cum Vahali miſcetur, & infra Goricomum & ei ex aduerſo oppoſitum Voricomum oppidũ, Meruam paludem potius quam fluuium efficit, quæ à Dordraco ad Montem S. Gertrudis, atque vlterius ad veterem Moſæ alueum reſtagnat, memorabili ſimul & miſerandò ingentis eluuionis indicio, qua magnus circa Dordracum pagorum numerus multaque hominum milia ſuperiori æuo ſubmerſa perierunt. Tertium flumen Scaldis eſt, in agro Veromanduorum, nõ

Moſa flumen.

procul

procul à Castelletto scaturiens: & Cameracum præterfluens, ad Valencænas nauigia pati incipit; inde recepto Scarpa, Santamãdum, ac mox Tornacum, Audenardam & Gandauum præterlabitur, vbi Lissa & Læua cum multis riuulis & torrentibus in alueum receptis, Teneramondam se conuertit; Teneræ aquis ibi auctior factus, Rupelmundæ læuum abstergit latus, Rupela amne ibidem locupletatus. Hunc in modum veluti iunctis copijs Antuerpiam properat, cuius magnitudinem reueritus, mœnia leni agmine præterit, flexoque ad occidentem cursu, à dextra Brabantiam, à sinistra Flandriam respiciens, ad Saftingam vsque arcem, quatuor ab Antuerpia miliaribus distantem, indiuisus decurrit, vbi in duos alueos amplissimos, iam non fluuio sed mari similis, scinditur, quorum ille occidentem versus mutato Scaldis in Hontam nomine, inter Exclusam & Valachriam in Oceanum exit; hic vero septemtriones versus prope Bergam Soma fluuio recepto, in duo brachia siue ramos iterum diuiditur, quorum vnus Vosmar appellatus, Dertolam insulam à Brabantiæ continenti auellens, ad vicum cognominem in Meruam se euergit, alter Mattiacas siue Selandicas insulas multis ramusculis circumplectitur & dispescit. Aa fluuius, non tam sui magnitudine quam limitum dissignatione nobilis, ad Terouanam originem habet, interque occidentem & septemtriones Santomarum præterlapsus, ad Greuelingam in mare euoluitur, eo ipso loco vbi Anno M D L I I X. Galli magnam cladem acceperunt. Amasij fontes in Vestphalia non procul à Videburgo monstrantur

Scaldis fluuius.

Aa fluuius.

Amasius fluuius.

ſtrantur; iſque Varendorpum, Rhenam, Elbergam, Meppam alioſque pagos præteruectus, tandem infra Emdam, magno prius effecto lacu oſtiò ampliſſimo in mare ſe effundit. De cæteris ignobilioribus fluuijs dicere aliquid ſuperuacaneum puto; quod ex his quæ iam dicta ſunt facile præcipuarum regionum ſitus intelligi queat. illud tantum addo, incredibile eſſe quantas è tot tantiſque fluuijs accolæ percipiant commoditates. Nam & merciũ, comeatuũ, aliarumque rerum ſubuectionibus ſine magno ſumtu inſeruiunt, & loca quæ alluunt apprimè muniunt, & optimorum piſcium tantam tamque variam præbent copiam, quantam exteri harumque regionum ignari vix credere poſſent. Illud tamen incommodi eſt adiunctum, quod accolis cum bruto hoc & turbido elemento perpetua ſit pugna, in qua illud nonnunquam perruptis aggeribus omnia longe lateq; inundat, & obuia quæque, domos, pecora, homines, integros, atque adeo plurimos ſimul pagos in vaſtiſſimũ Oceanum ſecum abripit & deuoluit: quod non ſemel magna cũ ſua clade Belgica eſt experta. Ita ſcilicet Deus humanas res diluit, & commoda incommodis miſcet. Sed iam ſingulas regiones breuiter deſcribere & res & animus monet.

BRABANTIA.

INter Belgicas prouincias meritò, vt ita dicam, familiã ducit Brabantia, quum multis alijs naturæ donis, tum præcipue ſedis Ducalis digni

ignitate nobilitata. Mosa fere, Scaldi, Sabi &
Tenera fluuijs circumscribitur, quos nullibi
quidē transilit, nec tamen vbique attingit,
Mosam inprimis, cis quem magna diœceseos
Leodiensis pars inclusa iacet. Habet vero (vt
plenius eā describamus) Hollandiam & Gel-
driam à septentrione, ab oriente Leodiensem
diœcesin, ad Meridiem Namurci Comitatum
& Hannoniā respicit, ab Occidente Flandriā
habet obiectam, à qua Scaldi fluuio dirimi-
tur. Circuitum eius ad octoginta circiter mi-
liaria nostratia cōplecti quidam scribunt. A-
ger planus est & peramœnus, frumenti, fru-
gum & fructuum omnis generis feracissimus:
quam fertilitatem multum auget incolarum
industria & laboris assiduitas, qua etiam ste-
riles arenæ subactæ & excultæ, in agros fru-
mentarios multis locis conuersæ videntur.
Gens nitida est & hilaris, voluptatū ac ludo-
rum sectatrix, faceta inprimis & dicax; tāque
bene, viri præsertim, ætatē ferunt, vt Braban-
ti vulgari prouerbio quanto seniores tanto
ineptiores & lasciuiores dicantur. Aeris ma-
xima est salubritas: ita vt vehementer in cir-
cūiacentibus regionibus grassante pestilenti
lue, Brabantia non semel intacta manserit.
Fluuij quibus irrigatur præcipui sunt Mosa &
Scaldis: de quibus supra. Oppida continet ad *Oppida.*
viginti sex, è quibus quatuor primaria cen-
sentur, Louaniū, Bruxellæ, Antuerpia, & Bu-
scūducis: pagos supra septingentos. Louanium
amplissima & amœnissima vrbs est, nobili
florens Academia, in qua circiter viginti sunt
Colle-

Collegia in quibus artes ac litteræ docentur. Academiam hanc instituit Ioannes IV. Dux Brabantiæ, Anno MCDXXVI. quam præter alios hoc nostro tempore splendidissimum illud variæ eruditionis lumen Iustus Lipsius illustrat. Bruxellæ, Principum domicilium vere regium : & quemadmodum illud Louanium præclari habet, vt de vindemia gloriari possit; ita Bruxella fontium peremnium scaturigine nobilis est. Antuerpia, ad Scaldim sita est, emporiorum emporium, vrbs si qua vlla alia, natura & operibus munitissima; de qua, vt de Carthagine Sallustius inquit, tacere præstat quã pauca dicere. Buscum ducis sequitur, loci quidem ingenio & artificium industria, multo tamen magis ciuiũ virtute vrbs firmissima, quos humaniores an fortiores dicas, meritò ambigere possis. Machlinia quoque huius Ducatus territorio includitur, proprio dominio & supremi consilij, quod Parlamentum vulgo vocant, sede insignis. Traiectum ad Mosam, ampla vrbs, populosa & diues, quamquam extra Brabantiæ fines posita videatur, Ducem tamen Brabantiæ pro domino agnoscit. Berga ad Somam fluuiolum, olim frequens emporium, nunc Antuerpiæ vicinitate obscuratum, & Marti magis quã Mercurio charum. Breda, oppidum luculentum, ædificijs perpolitis ornatum. heic Nassouiorum Comitum basilica conspicitur, summa elegantia atque nitore vix vlli concedens. Sunt præterea inferiora quidem illis, præclara tamẽ oppida, Tiena, Leua, Niuella, Arscotũ, Męga, Villeuordum, Lira, Iudoigna, Herentala, Gemblacum, Hanutum, Diesta, Landa, Hala, Sichemum,

Bruxella. *Antuerpia* *Machlinia.* *Breda.*

ium, Endhouia, Helemontium. Ex his Ar-
cotum Ducali eminet dignitate; Bergopſoma
Marchionatus eſt, Mæga Comitatus titulo gau-
et, vt & Hoſtrata, arx nitidiſſima, quæ oppidũ
on eſt, ſed inter Libera loca, vt vocant, nume-
atur; quæ, numero ad duodeviginti, etſi muris
: foſſis non ſunt cincta, Principum tamen be-
eficio immunitatibus & priuilegijs, quibus ce-
era oppida, fruuntur. Ad Brabantiam quoque
eferuntur Carpenſe & Lummershemenſe Do-
inia; quorum illud ad nobilem Gymnico-
um familiam, hoc ad Limburgenſem olim ſpe-
abat Ducatum, vtrumque à Ioanne I. Braban-
æ coniunctum. Eidem ſubſunt Marchionatus
nperij, cuius Antuerpia caput eſt; Comitatus
alhæmius & Comitatus Falcoburgenſis; im-
o ipſe Limburgi Ducatus ſub Brabantiæ ius &
aieſtatem conceſſit: quem vt ſtrictè percurra-
us ordo poſtulat.

LIMBVRGVM.

Limburgi Ducatus Aquisgranenſi territo-
rio confinis, Brabantia quaſi totus contine-
ır. Comitatus primum fuit, cuius gubernacu-
tenuit Henricus Comes; cuius ſucceſſor eiuſ-
em nominis, ex Henrico IV. Pio illo, verè Au-
uſto, bellicoſo & multis victorijs clariſſimo
nperatore prognatus, primus Limburgenſium
ux fuit appellatus, & gubernacula plurimis
nnis, ſumma cum æquitatis & prudentiæ laude
t moderatus. Eo ſine hæredibus maſculis de-
ncto, Ioannes I. Dux Brabantiæ, circa Annũ
Chriſto nato MCCXCIII. pro herede ſe geſ-
t, & contra Reinoldum Geldriç Comitem om-
ne huius

ne huius Ducatus ius sibi vindicauit. Hinc Lim-
burgi Ducatus, Falcoburgi Dominium, Comi-
tatus Dalhæmius, & reliqua Cismosana muni-
cipia, in causis ciuilibus & criminalibus ad Bra-
bantiæ nomophylaciam, quę Bruxellis est, pro-
uocat t: at controuersiarum in Ecclesiasticis re-
bus Leodiensis Episcopus moderator est & iu-
dex. Ager omnium rerum ad humanæ necessi-
tatis vsum feracissimus est (vino excepto) triti-
ci, zeæ, herbarum, tam ad cibum quam ad me-
dicinam, sed inprimis pascua habet vberrima,
vnde delicati saporis & inusitatæ magnitudinis
caseis Limburgense solum etiam apud exteros
commendatur. E terræ visceribus insuper (ra-
rum in Belgica Dei beneficium) ferrum, plum-
bum, lapis calaminaris, à Plinio in re medica
commendatus, necnon lithanthraces, quum fa-
brorum officinis tum domesticis focis inserui-
entes, effodiuntur. nec desunt latumię, diuersa
marmora, candidis, nigris, fuscis varijsque ma-
culis venuste conspersa suppeditantes, è quibus
mensarum tabulæ, instar speculi relucentes, ma-
gnificarum ædium camini, columnarum coro-
nides, bases, scapi, aliaque monumenta adornā-
tur. Passim etiam salientium aquarum videre
est scaturigines, quę & necessarijs & voluptarijs
vsibus, atque etiam sanitati recuperandæ mirifi-
cè conducunt. Cui enim Spadanus fons ignotus
est, vnicum depositæ valetudinis perfugium, ad
quem ex remotis terræ plagis etiam primę dig-
nitatis tam viri quam feminæ concurrunt? Præ-
cipuum huius Ducatus oppidum Limburgum
est, à quo vniuersa regio nomen habet, in monte
situm, cuius pedem Vela fluuius abluit, qui e
Arduen

rduennasylua ortus, per agrum Limburgen-
m gratissimo delabitur murmure, optimis pi-
ibus, truttis eximia magnitudine, vmbris, an-
uillis, cancris abundans. Atque hæc de Limbur
ensi Ducatu.

LVXEMBVRGVM.

LVxemburgum agrum Treuirorum olim portionem fuisse quidam verosimiliter coniectant. Ad septemtriones Leodiensi lauditur Episcopatu, & Comitatu Namurcensi; meridie Lotharingiam respicit; orientale eius atus Mosella fluuius & Treuirensis ager termi-ant; occidentem versus Eifaliæ montes, Ardu-nnam syluam, & Mosam fluuium habet obie-tos. Nomen habet à primario totius regionis ppido, ad Alsuntium fluuium sito. De hoc tra-tu sic scribit Petrus Diuæus: Leucorum gen-em iuxta Treuiros, Mediomatrices ac Lingo-as habitasse indubitatum est. oppida eorum Tullus ac Nasium Ptolomæo celebrata, nomen dhuc seruant, Tul & Nansi. Vernacule appel-antur die Lutzen/ lateque imperarunt, vt ab ijs Luxenburgi celebris oppidi nomen ortum sit. Lazius Mosellanum Ducatum vocat. Ambitum eius septuaginta circiter miliaribus constare quidam produnt: in quo oppida viginti tria, & pagi mille centum & duodeseptuaginta conti-nentur. Comitatus habet septem, Rupensem (la Roche vulgo) Durbinum, Salmensem, Chinen-sem, Viandensem, S. Ioannis, & Manderschei-densem: Baronatuum vero, quos vocant, & ali-orum dominiorũ magnus est numerus. vix vlla

eſt inter Belgicas prouiucias, in qua plures fa-
miliæ nobiles reperiantur, quarum in homines
ruſticanos abſolutum ferè eſt imperium. Regio
vniuerſa in montes ferè attollitur, ſyluas etiam
frequentes habet Arduennæ reliquias, in quibus
ferarum omnis generis copioſa eſt venatio. A-
ger fruges aliaque ad victum hominum ſpectã-
tia benigne ſuppeditat, vini etiam alicubi ferax,
cuius tamen bonitas non ita magno in precio
habetur. Metropolis totius regionis, vti dixi-
mus, Luxemburgum eſt, quam Ptolemæus Au-
guſtam Romanduorum apdellat. Partim in mõ-
te, partim in valle ſiue plano iacet, quam Al-
ſuntius fluuius interluit, mediocriter ampla, &
vt in illis gentibus, non inornata. Hic conſilij
ſupremi ſedes eſt & tribunal, à quo ad Machli-
nienſe prouocare licet. Reliquæ vrbes ſunt Ar-
luna (Aram Lunæ quidam interpretantur) The-
odonis villa, vulgo Diedenhouen, in Moſellæ ri-
pa tutiſſimum vniuerſę regionis prçſidium, Gra-
uemacra, Conigſmacra, DicKirchium, Virodu-
num, Eſteruerca, Vandala, Baſtonacum empo-
rium, Mommedium, Nouumcaſtellum, Danuil-
la, Maruilium, Larocha, Durbium, Fanum S. Vi-
ti, Marcha, & Salma. Fluminibus irrigatur fre-
quentibus admodum, è quibus nobiliſſimum eſt
Moſella ſiue Obrinca, qui è radicibus Voſag
montis ortus, non procul à Rhodani fontibus,
verſus Auſtro-Africum per mediam Lotharin-
giam alueum ducit, Metim Mediomatricum o-
lim Metropolim alluens; hinc Luxenburgenſis
agri latus allambens, Theodonis villam, Siriciũ
Treuiroſque præterlabitur, donec tandẽ Bern
caſtellum, Tribacum, & Cochem prætergreſ-

Luxemburgum oppidus.

ſus, ac

ius, ad Confluentiam Rheno miſcetur. Hunc
Lucius Veterius Romanus olim Sonæ fluuio
iungere conatus eſt, ducta decem miliaribus
longa foſſa, eo conſilio, vt è mediterraneo mari
claſſis Romana, euitatis terreſtris viæ difficul-
tatibus, primũ Rhodano fluuio per Galliam
Narbonenſem, inde per Sonâ ad hanc Foſſam,
ex ea in Moſellam, deinceps in Rhenum, ac
denique in Oceanum duceretur. Sunt præterea
alij fluuij non ignobiles, Moſa nempe, Bhier,
Semoius, Houl, Lech, Alſuntius, Atardus, Su-
rius, Prumeus, Nineus, Someus, Orto, Albis,
&c innumeri prætereà riuuli, aqua limpidiſſi-
ma & vbere piſcatu ſcatentes. Metalla in locis
Wefaliæ vicinis effodiuntur; in primis fornа-
ces è ferro conflatæ ſiue pyreteria ingenti lu-
cro per Germaniam paſſim diſtrahenda mit-
tuntur. Incredibile dictũ eſt quantas hæc re-
gio & olim bello inter Franciæ reges & Auſtri-
acam familiam feruente, & nuper ab Ordinũ
militibus clades acceperit, quas tamen & in-
colarum frugalitas & induſtria, & regionis
ubertas ita emendauit, vt rara vaſtitatis indicia
exſtent.

GELDRIA.

Fines Geldriæ.

QVAE Geldria hodie dicitur regio à Me-
napijs olim, vel vt alij volunt, Sicabris,
vel potius vtriſque fuit inſeſſa. Mediam
iam Rhenus ſecat; & à ſeptẽtrione habet Fri-
ſiam, & Belgici maris ſinum Auſtralem; à me-
ridie Brabantiam, & Iuliacenſem agrum attin-
git; ab Ortu Rheno fluuio & Ducatu Cliuenſi
diſterminatur; ab occidente vero Hollandiam

respicit & territorium Vltraiectense. Regio
vniuersa plana est & campestris, pascuis mire
fecunda, quibus magna vis boum è Dania vsque
missa quotannis saginantur. Oppida habet
muris fossisque cincta duo supra viginti: & a-
ger omnis in quatuor veluti districtus diuidi-
tur, quorum metropoles sunt Nouiomagum,
Rurmunda, Arnemū, & Sutphania, in celeber-
rimorum fluuiorum, Rheni, Vahalis, Mosæ &
Isalæ ripis positæ. Minorum gentium oppida
sunt, Hattemum, Elburgum, Harderuicum
Vageninga, Tiela, Bommelia, Bronchorsta
Dousburgum, Dotecomum, Herenberga, Lo-
chemum, Grolla, Bredeuordia, Geldria, Strala
Venlonum, Vachtendoncum, Ercla, quā non-
nulli Herculis vrbeculā interpretantur. Sunt
etiam alia municipia oppidorū priuilegijs do-
nata, Capella, Burgum Genta, Bateburgum
Monfortium, Echta: ac præter hæc trecenti cir-
citer pagi, parœcijs insignes. Nouiomagum
inter hæc omnia merito principem sibi lo-
cum vindicat, si vel antiquitatem, vel splen-
dorem & opulentiam spectes. Hanc à Batone
Batauiæ à se denominatæ primo domino, cōdi-
tā quidā tradunt; in qua Romani olim sub Iulio
Cæsare præsidiū, Gallorum reges postea etiam
domiciliū habuerunt: siquidem inter tres regi-
as Carolo Magno imperante in tribus diuersis
oppidis erectas, Nouiomagum quoque à Rhe-
ginone enumeratur: hodieque tractus circa
Nouiomagum Regnū Nouiomagense dici so-
let: quin etiam monetæ cudendæ habet priuile-
gium, Imperij legibus in eo tantū subiecta, v
quotannis chirothecam puluere bombardico
impl

Oppida.

Nouiomagum.

ipletam Aquiſgranum, non tam tributi quam
aieſtatis imperij comiter obſeruatæ nomine,
ittere teneatur. Arcem habet vetuſtiſſimam,
lij Cæſaris, vt creditur; opus, Vicecomitum
irggrauiorum ſedem. Ad vrbis iuriſdictionē
ertinent Tiela; Bommelia; Velauia, & regio
ter Moſam & Vahalim interiacens. Tam lu-
lentā imperij portione Guilielmus Romano-
m rex Othoni Geldriæ Duci oppignerauit,
c conditione vt niſi intra præſcriptum tem-
is pecunia reſtitueretur; Geldriæ Ducibus
rpetuum in eam ius eſſet. Vrbs ipſa in accliui
ahalis ripa vel crepidine poſita contra hoſtiū
ſultus ſatis eſt munita, ſplendidis ædificijs, &
pulentis habitatoribus olim quam nunc eſt;
equentior; vtpote quæ belli calamitatibus
on ſemel hactenus ſit vexata. Ruræmunda ad
uræ fluuij oſtium vbi in Moſam exit ſita, ſpa-
oſa admodum eſt; ſatiſque populoſa, natura
ſitu quam operibus firmior: epiſcopali ho-
e eminens dignitate, quæ & ipſa Martis furo-
em non ſemel ſenſit. Sutphania Comitatus
minentia gaudet: cuius poſtea, vtpote Belgi-
rum prouinciarum vnius, deſcriptionem
euiter attingemus: Arnhemum (Tacito,
renacum) ad dextram Rheni ripam, Vela-
æ caput ſiue metropolis cenſetur; & loci
noenitate, vt Nouiomagum vetuſtate, Sut-
aniā opibus; Ruræmunda magnitudine vul-
ri prouerbio commendatur. Incolæ regio-
s bellicoſi ſunt; & tam ad equeſtrem quam
edeſtrem pugnam apti; Sicabrorum reliquiæ,
iorum aliqui nomenclaturam à vernaculis
ocibus; Sich vmb her/ deducunt. Soli fe-

Sutphania

cund tatem inde quis conijciat, quod Anno M D L X X. bos in Geldria paſtus, Antuerpiam miſſus eſt, ter mille & ducentas libras penſans. Præter Sutphaniam duo quoque Comitatus, Buranus & Culemburgenſis Geldriæ annumerantur.

FLANDRIA.

FLANDRIAE etymon è Democriti puteo non expiſcamur. Illud certum eſt diuerſos olim populos in hoc tractu habitaſſe. Qui Caletenſem hodie tractum occupât ab Ortelio Oromanſaci appellantur; idem circa Terouanam Morinos, circa Brugas Grudios, circa Gandauum Gordunos, circa Iperam Pleumoſios collocat; quarum gentium omniũ nomina iam ita mutata ſunt, vt vix vllum niſi in paucis literis ſuperſit verſtigium. Vniuerſus hic ager ſyluis olim & nemoribus frequentiſſimis fuit conſitus: vnde Flandriæ Comites Foreſtarij, id eſt, ſyluarũ præfecti vocati ſunt; idque nomen vltimus vſurpauit Balduinus, qui Iuditham, Caroli Calui Francorum regis filiã, ab Ethulfo Angliæ rege mortuo relictam viduã, amore incenſus, dum ex Anglia domum redire tentat, intercepit, & ſibi connubio iunxit, quam iniuriam rex primo indigniſſime tulit, ſed tandẽ placatus Flandriæ Comitatum dotis nomine in generũ contulit; ea lege vt ſub Francorum regis eſſet clientela. Tum quidem Flandria in tres partes fuit diſtributa, quarum prima, vt diximus, Franciæ regibus ſubiecta, altera Comitis ipſius fuit patrimonium, in tertiam, veteris imperij particulam, Romanorũ Imperator ius ſibi vendicauit. Hodie itidẽ in

Flandria diuiſio antiqua.

tre

s diuiditur districtus, secundum linguæ di-
sitatē, Teutonicum scilicet, Gallicum &
perialem. Hunc scribit Guicciardinus inde
pellatum, quod diu sub Imperatorū potesta
permanserit; Ortelius Flandriam Proprieta
vocat, quod præter Flandriæ Comitem ne-
nem agnouerit superiorem: alibi etiā Co-
tatus Alostanus dicitur, cōprehendens præ-
dictū iam Comitatum & Teneramundense
ritorium, quatuor præfecturas, Hulstam,
ellam, Assenedam, Bochoutam, nec non a-
um Vasensem & Transcaldanum, quo etiam
rnemensis continetur. Pars hæc, si ceteras
ctes, exigua quidem est, omnium tamen fer-
issima habetur. Flandria Teutonica illa di-
ur in qua incolæ lingua & moribus Germa-
cis vtuntur. à septentrionibus Oceano, ab
stro Lyssa fluuio, ab oriente Scaldi, ab occi-
nte Fossa-noua & Artesiæ finibus termina-
r. Solum heic minus fertile est; macrū quip-
& sabulosum: auenę tamen, leguminum,
i, atque cannabis abunde ferax. Hac tres
andriæ vrbes primariæ, & quartum eiusdē
embrum, Liberi vulgo dicti, quod iugū Bru-
nsium excusserint, omnes portus, & Fanum
Vinoci includuntur. Gandauum inter ma- *Gandauum.*
mas totius Europæ vrbes iure annumeranda,
urorū ambitu septem miliaria Italica cōple-
itur, intra quem viginti sex insulæ ædificijs
equentes, nonaginta octo pontes, quibus hæ
nguntur, ea altitudiue vt nautis hinc inde
meantibus malos demittere opus non sit,
periuntur. tribus enim perluitur flumini-
is, Scaldi, Lyssa & Læua, quæ magnas incolis

 præbent

præbent commoditates. Seditionibus olim & non ita pridé valde fuit iactata: ad quas compescendas Carolus V. imperator arcem munitissimã ciuium natura præferocium ceruicibus imposuit. Brugæ altera metropolis est Flandriæ, magnitudine Louanio ferè par, sed incolis frequentior, quatuor in circuitu miliaria continens Italica, emporiũ quondam tam celebre, vt pręcipuam vniuersæ Flandriæ gloriam sibi vendicârit, hodie aliquanto inferior, ita tamen vt pristini multũ retineat splendoris. Ipera, vrbs diues, amœna, fertilissimo totius Flandriæ Teutonicæ loco sita. Portus in vniuersum Flandriæ sunt quatuor, ad Exclusam, Ostendam, Neoportum, & Dunquercam. Flandria Gallicissans à septentrione Teutonicæ contigua est, à meridie Cameracum respicit, ab ortu ad Scaldim, ab occidente Lissam fluuium & Artesiæ fines pertingit: qui terræ tractus angustis limitibus circũscriptus, mirum est quanta vbertate & copia fruges omnis generis producat, pascuis etiã inprimis felix, quamplurimis multisque oppidis excultus, quorum præcipua sunt Insulæ, Dornacum & Duacum, hæc litterarum, illa mercaturæ studijs consecrata. Vt paucis absoluã, Flandriæ lõgitudo triũ, latitudo duorum dierum iter expedito patet: oppida habet duodetriginta, pagos mille centum tres & quinquaginta. Incolæ bellicosi olim, vtpote quorum arma Palæstinam quoque peruaserunt, humanitate & hospitalitate hodie cum quibuslibet certant: mercaturę & artibus sedentarijs, texturæ cum primis dediti, cuius ope pannos omnis generis è lana, lino & seric

Brugæ.

Portus.

rico artificiosissime elaboratos ad remotas
am mundi plagas innumeros mittunt. Flan-
iæ celebritatem illud euincit, quod exteri,
ali præsertim & Hispani, eius nomen ple-
mque pro quacumque Belgicæ parte vsur-
nt.

ARTESIA.

ARtesiæ ager is est quem Cæsar Atrebati-
bus attribuit, quorum metropolis hodie-
que Atrebatũ dicitur, vnde Artesiæ vocẽ
tortam plusquam verisimile est, quidquid
arius Niger blateret, qui Ambianos heic locat,
ui tamen & ipsi non longe hinc absunt. Fines
us, in tot tantisque rerũ mutationibus, vt o-
m fuerunt, describere operosum sit, & minus
rtasse ad nostrũ institutum necessariũ. Ho-
e ab ortu Flandriã Gallicam & agrũ Came-
censem attingit: ad occasum & meridiẽ Pi-
rdiam habet confinem; septentrionale eius
tus Lissa fluuio à Flandria dirimitur. Olim
ranciæ regibus paruit, sed pacificationis An-
o MDXXIX. inter Carolum V. & Franciscũ
Galliæ regem initæ beneficio Austriacæ fa-
iliæ ditionibus accessit. Aeris temperamen-
o & soli fecunditate Hannoniam æquat, fru-
nenti fertilitate etiam vincit. Oppida præ-
ipui nominis sunt: Atrebatum ad Scarpam flu-
ium, in duas partes diuisa, quarum hæc Episco
i, illa Comitis imperio subest. in eadẽ S. Ve-
asti est cœnobium, cuius annui reditus XX.
ureorum M. excedere dicuntur. Fanum S. Au-
omari, celebre oppidum, Ortelius Iccium
ortum facit, vnde Cæsar olim in Britanniam

Fines Artesiæ.

Atrebatum.

ſoluit: quod ijs ſane qui hodiernum oppidi ſitum conſiderant mirum videatur, quum ab Oceano hodie circiter octo miliaria abſit. Vt tamen credatur, & loci ipſius ſitus, & multa alia indicia perſuadent, cumprimis Oceani ille Sinus quem Foſſam-nouam appellant; itemque anchoræ aliaq; armamenta nautica frequenter effoſſa: quin etiam non procul ab oppido mare eſt in quo inſulæ quædam ſiue ſoli particulæ vltrò, aut funibus etiã & harpagone in hanc vel illam partem impelluntur, tanta nonnullæ magnitudine vt paſcentes ſuſtineant pecudes; quod idem Plinius de Calaminis teſtatur. Sub his magna vis piſcium tam hyeme quam æſtate ad æſtum aut frigus vitandum latet. Betuna quoque, Aria, Bapalma, Heſdinum, Lentium, Sampaulũ, Lillerium, & alia quædam oppida Auſtriacæ familiæ parent; Bononia vero, Caletum, Guinea, Ardea, Franciæ regibus ſubſunt; Morinum Anno L D L I I I, funditus eſt deletum. Pagi in Arteſia numerantur ſeptingenti quinquaginta quatuor, præter arces & magnificas nobilium ædes. Eſpinæus Principatus, & Marchionatus Rentæus ad Arteſiæ pertinent iuriſdictionem, vt & ComitatusSampaulianus, Arquenſis, Blangius, Faucquebergenſis, Bolonienſis, quorum tamen aliqui inde ſunt auulſi. Incolæ fortes ſunt, & ad arma tractanda continuis fere contra Gallos bellis exercitati; nec Mercurij, aut etiam agri colendi ſtudia aſpernantur. Apud hos lanam olim pluiſſe, Hieronymus auctor eſt.

HANMO-

HANNONIA.

HAnnoniæ partem Neruios olim tenuisse veritati non est dissentaneum, vt ex ijs quę Cæsar scribit, liquet. nomen sæpius mutauit. Primum enim Pannonia dicta est(si Lessabæo credimus)à Pane idolo, quem incolæ in magna dicuntur habuisse veneratione. Carbonariam etiam, siue Saltum Carbonarij, inferiorē Picardiam ac tandem Hannoniam appellatam quidā prodiderunt; & posterius quidē nomen à nescio quo Hannone Carthaginiensi sortitā. Nugæ. magis enim credibile est ab Hanio, amne, qui per eam decurrit, nomen accepisse. Ab Aquilone Brabantiam & Flandriam, ab Austro Campaniam & Picardiam Galliæ prouincias respicit, ab oriente Comitatum Namurcensem & Leodiensis dioecefeos partem attingit, ab occidente vero Scaldi & Flandriæ Gallicissantis limitibus clauditur. Longitudo eius nostratia miliaria circiter viginti, latitudo sedecim cōprehendit. Fluuijs diuersis irrigatur, Scaldi, Sābra, Tenera, Hanio, alijs; lacus quoque, stagna & fontes habet, nec nemora & syluæ desunt. Ager ipse hortis cultissimis, viridantibus pratis, lætissimisq; pascuis vndique ridet; fructuū & frugum insuper, præcipue frumenti feracissimus. Tellus etiam ferri optimi ac plumbi habet mineras, vt & lapicidinas, è quibus saxa ad magnatum ædes aliaque monumenta condecoranda miræ venustatis eruuntur. Oppida mœnibus circumdata in hoc tractu viginti quatuor numerantur; inter quę eminent Montes, vrbs opulens, natura & arce munitissima, Comitum olim sedes, qui ab hac ipsa dignitatis suæ nomē

Fines Hannoniæ.

Fertilitas.

aliquamdiu vſurparunt, Carolo Magno in deli-tiis habita. Valencenę (quod nomen è valle cygnorum nonnulli exſculpunt) poſt Montes primæ in hac regione eſt notę, ad Scaldim ſita, magnitudine, amœnitate, ędificiorum & templorum magnificentia, atque inter cetera natalibus ſtrenui illius Caroli Burgundionum Ducis in prœlio ad Nanceium occiſi filię, illuſtris, per quā Belgiū ad Auſtriacā familiam peruenit. Ciues mercatura & opificia impigerrime tractant; nec vt ceteri Hannonij ad prouincialem quæ Montibus eſt curiam, ſed ad Machlinienſem prouocant. Buchanium lęuo Scaldis lateri adſitum, Oſteruantii Comitatus, ab Oſtrogothis appellati (ſi credere fas eſt) caput. Quercetū (Queſnoy vulgo) amœnitate; Landreſium Caroli V. Anno MDXLIII. obſidione commendatur: Chimacum (alias Chimay) Principatus titulo ſulget, Arſcotani Ducis imperio ſubiecta vt & Bellomontium a loci natura appellatum, Mariæ-burgum, Philippi villa, hęc a Philippo Hiſpaniarum rege, illa a Maria Hungarię regina nomen acceperunt, non ita pridē contra Francorum excurſiones muniri cœpere. Auenæ quoque & Malbodium ad Mercaturam magnas habent opportunitates. Eſt etiam Bauacum (Beauuais vulgari idiomate) quod nonnulli Baganum vel Bagacum Ptolomęi, alii Belgium Cęſaris arbitrantur, incertis coniecturis. In huius foro columna lapidea viſitur, quam incolæ centrum eſſe credunt, in quod omnes vias per oēs Gallię partes ręcto tramite exporrectas concurrere perſuaſū habēt. has Brunehildis opera

con-

constratas fama fert, à qua nomen hodieque seruant. Conspiciuntur etiamnũ harũ plurimis in locis vestigia, sed interrupta. Id in his mirũ est, quod (vt Bouillus scribit) sublimiores sunt vicinis vtrimque agris; quod ad insignia Gallię oppida rectissimo itinere ducunt; quod silici bus, quorũ nullibi ijs in locis copia, sunt constratæ; adeo vt vnde exstiterint merito quis demirari possit, nisi forte vel humo ebullierint, vel ab æthere delapsi, vel alia quã humana opera ac manu vndecũque è toto terrarũ orbe ad eiusmodi viarũ ruderationẽ sint collecti. Carolomontio Carolus V. Imp. nomen dedit. Binsiũ Marię Hungarię reginę secessus quondã & delicię, vbi femina laudatissima rei publicę & priuatę curas hortulorũ & viridariorũ amœnitatibus ac venatione quoque diluere atq; tẽperare solebat, à Gallię rege An. M D L I V. incendio fœde deformatus. alia ignobiliora oppida omitto, pręter quę nongenti & quinquaginta in Hannonia pagi numerantur, Princeps vnus, octo, vel vt alij scribunt, decẽ Comites, duodecim Pares, Barones viginti duo, Archimãdritę viginti sex, Marescallus vnus, vt & Senescallus, magnus Venator, Camerarius, & si qua sunt alia dignitatum vocabula. Hannonię dignitatẽ tritus vulgari incolarũ sermone indicat versiculus, quo non aliũ quam Deũ & solẽ imperiũ in eam tenere iactant.

HOLLANDIA.

HOllandiæ à Danorũ siue Normannorum Olandia, nomen impositum libentius

cum

cum Iunio crediderim, quã cum alijs vel à ſylua rum vel cauernarum frequentia: quum præſertim vicinæ etiã quædam inſulæ ac regiones ijſdem quibus etiãnum apud Septentrionales illos populos nonnullæ, nominibus ſint notæ. Batauiã olim dictã, nemini eſt ambiguum: ſed hanc idẽ Iunius multo aliis limitibus definit, cuius Bataviam moneo vt adeant qui vetuſta illa ſcire deſiderant. Hollandia, vt hodie ſe res habent, à ſeptentrione & occaſu Oceano, à meridie Moſa fluuio & Brabantia, ab ortu partim ſinu maris Auſtrali, partim Geldriæ Ducatu includitur. Ei præterea quinque exiguæ inſulæ, meridiem verſus, quà Selandiam proſpicit, prætenduntur: Vorna, in qua Briela & Gerulietum oppida: Gouræa, cum eiuſdem nominis oppido. huic verſus Euronotum adiacet Somerſdica, Vornæ quoque alias nomine inſignis, quod à fronte quaſi Hollandiæ ſit poſita; eique Vulturnum verſus Perſilla & Corendicca opponuntur, ſoli fertilitate omnes commendatæ. Bona etiam pars ei Hollandiæ parti quæ ad ſeptemtriones vergit, non procul ab Alcmaria acceſſit Anno M D L X. quo tempore magnus maris Auſtralis ſinus aggeribus circumſeptus, & è maris faucibus fuit ereptus: eſtque terra ea frumenti feraciſſima, ambitu circiter nouẽ Flandrica continens miliaria, ſed hoc Dei beneficiũ perpetuum non fuit. Nam Anno M D L X X. ſæuiente Coro denuo ea pars eſt inundata; verum incredibili incolarũ labore, induſtria & ſumptu, fauente Deo, à fluctibus iã iterũ veluti poſtliminio eſt vindicata. Pars ea quæ meridiẽ verſus inter Rhenum medium & Moſæ oſtium includitur, Hollandia Auſtralis

Fines Hollandiæ.

Diuiſio.

dicitur

icitur, cui ad occidentem Mattiacorum insulæ Selandiæ hodie Comitatus) prætexuntur. A medio Rheno prope Catuicum, initũ sumunt Caninefates (Kenemari vulgò) hos Frisij minores excipiunt (nunc Hollandi Boreales) qui cũ Caninefatibus Frisiabones (id est Aquaticos siue Vaterlandos) in sinum veluti includunt. Omnis hęc regio vnà cum Texelia, Vieringa, & Flelandia propinquis insulis, Hollandiæ Comitatus nomine censetur: ab occidente, Britannico; à septentrione, septrionali; ab ortu, mari Australi; ab Austro diœcesi Vltraiectina & Selandicis insulis circumscripta. Sic ergo vniuersũ Hollandiæ corpus à Cosmographis in quinque veluti membra diuiditur; in Hollandię partẽ meridionalem, Kermerlandiã siue Caninefatũ regionẽ, Vestfrisiam, Aquaticã vel Vaterlandiam, & Goylandiam. Harum partiũ pręcipua viribus & dignitate Hollandia Australis, cuius metropolis est Dordracũ: Caninefatum (quorũ nomen à cuniculorum esu deriuat Iunius) caput est Harlemũ; Goylandia Caucorum putatur regio, tria oppida, Vespã, Nardenum & Mudam complexa. Aquatica siue Vaterlandia Boreali Hollandiæ iam annumeratur. nos communẽ diuisionẽ, quæ publicis etiam literis vsurpatur, in Sudhollandiam & Vestfrisiam, (quam vulgus Nordhollandiam vocat) sequemur, vbi prius generatim de Hollandiæ solo eiusque commoditatibus aliquid dixerimus. Hollandia terræ est portio, cuius longitudo a Marsdiepa ad Mosam vsque fluuiũ circiter octodecim miliaria patet; latitudo modo cõstringitur modo dilatatur. Inter Oceanum & sinũ maris Australẽ, maximè

Latitudo & longitudo.

coarcta-

coarctatur, vbi latitudo vix vnius est miliaris; qua latissima est; ad extremos regionis fines dimidiati diei itinere peruenire licet. Huius terrę trientē aquæ occupant: in ipso enim regionis continente quinque magni sunt lacus tanta oēs magnitudine quantā humani oculi acies vel lōgissime eiecta emetiri vix potest; præter alios minores. Quod restat soli compascuū est & supra modū fecundū, & aggeribus, cataractis, & aquaticis molatrinis ab inundatione conseruatur, tantis sumptibus vt soli precio longè maiores videri possint. Est enim terra ipsa Oceano depressior, à cuius fluctibus si vel maximè tuta esset, aquis tamen eam pluuijs, vtpote soli humilitate detentis, submergi necesse esset, nisi eæ per cataractas, molendina aliasque machinas continuò exhaurirentur. Paullo minus etiam aridi triente arenarij occupant colles, quibus velut obicibus Oceani impetus inhibetur. Sed & hæc per se sterilis arena non est infructuosa, maximum cuniculorum gregatim discurrentiū numerum incolarum mensis suppeditans. reliqui soli, pascuorum præsertim, tanta est fecunditas, vt ab vna vacca nonnullis in locis vndecim lactis mensuræ æstiuis diebus emulgeantur: vnde tanta est butyri & casei optimi copia, vt ex eo quod ad exteras regiones mittitur, quot annis decies centena aureorū milia cōfici Guicciardinus scribat: quæ sane summa precijs nostro tempore in immensū pęnè auctis iā multo maior sit necesse est. Quid de piscationis, atque in vniuersū de nauigationis qua omnes pænè huius prouinciæ opes constant, emolumentis dicā: qua & domesticę opes ad remotissimas,

Hollandiæ opes.

ęque etiā incognitas antehac regiones expor-
ntur; & omnis generis merces exoticæ,tam ad
ecessitatē quā ad ornatū, atque etiā voluptatē
ngenti cum lucro importantur: quæ a nemine
nelius quā ab eo quē modo dixi Guicciardino,
uamuis Italo homine, descripta, apud eundē
egi possunt. Tam exiguo,vt ex ijs quæ hactenus
icta sunt patet, ambitu Hollandia XXXIII. *Oppida.*
ppida muris cicta, & pagos circiter quadrin-
entos comprehendit. Inter oppida sex præci-
uæ sunt dignationis, Dordracū, Harlemum,
Delphi, Lugdunū, Amsterdamū, & Gouda.Pri-
nas inter hęc Dordracū tenet, vetustū & nobi-
e emporium vel insula potius, ad quatuor flu-
ninū, Vahalis, Mosæ, Leccæ & Meruę concursū
ita, quæ sola antiquitus monetæ cudendę habet
potestatem: vrbs populosa, ædificijs elegans,
diues. Harlemū inter Hollandicas vrbes am-
plissima, prima artis typographicæ rudimenta
apud se inuenta, gloriatur. Delphi vrbs niti-
dissima, cereuisiæ quæ heic coquitur præstantia
nobilis. Lugdunū (Leyda vulgo) non Floræ tā-
tum & Pomonę, sed Musarum etiā hortulus. Am-
sterdamū ad Amstelem fluuiū, toto orbe cele-
bratissimū emporium, & immensarū opum in-
exhaustum penuarium, vel promaconda. Gou-
da ad Isalam amnē, a Gouda fluuio qui in illū
ibidem euoluitur, dicta, munditie & nitore vix
vlli cedens. Atque hęc quidem ad Sudhollan-
diam referuntur, cum multis aliis, inter quę
Roterodamum est ad Mosę ostium, magni illi-
us Erasmi patria. Nordhollandię siue Vestfri-
się caput Horna est, ad sinum maris Australem,
maguifica

magnifica ſed recens vrbs, Anno MCCC. primum ædificari cœpta. Enchuſa, nauium maximarum fabrica notum; cuius ciues meritò Neptuni dicas filios vel alumnos. Alcmaria caſei, butyrique prouentu omnes reliquas longè antecellit. Aliorum oppidorum nomina tantum ponam, quæ ſunt in Veſtfriſia quidem præter iam dicta, Medemblicca, Edamum, Purmerenda, Monachodamum, item Nardenum, Veſpa, Muda: in Sudhollandia Vorda, Veteres-aquæ; Schonhoua, Iſſelſtęnum, Viana, Leerdamum, Aſpera, Huclemum, Goricomũ, Voricomũ, Huſda, Scidamum, Mons S. Gertrudis, alia; quorum nonnulla vel cum pręſtantiſſimis vrbibus munitionum firmitate, diuitiarum multitudine, inprimis opportunitate ſitus certare queant; vt in operoſo illo clariſſimi viri Georgij Braunij Vrbium Theatro videre licet.

Incolæ

Incolæ olim inter ferociſſimas gentes habiti, immane quantum à priſtinis moribus degenerarunt. Id diuturnis cum exteris commercijs factum, credibile eſt; a quibus vt humanitatē acceperunt, ita verendum eſt ne alia vitia, quorũ olim vix nomen inter eam gentem audiebatur, vna combiberint. Procero ac toroſo ſunt corpore tam viri quam feminæ, candidi coloris, animo ſimplici, & nautura fraudis experte, ingenio olim quidem tardiore, adeo vt Batauæ auris prouerbio locum fecerit; hodie vero inter ſagaciſſimos nouarum rerum inuentores, felices imitatores, præſtantiſſimoſque artifices non poſtremi habentur. Rei familiaris valde ſunt ſtudioſi, frugales, prouidi, ad bellum apti, ſupra omnes vero rei nauticæ periti; ad quam locorũ

eos

os summa inuitat opportunitas: Nauium nau rumque multitudo ex eo conijci potest: quod nno MDLXXXVII. ob iniuriam legato suo il- tam Daniæ rex vno eodemque tempore sex- ntas naues Hollandicas per Cimbricum fretũ uigantes detinuerit, quæ omnes ex eodem ortu, Fleui scilicet ostio fuerant profectæ, æter eas quæ ex eodem & alijs locis in An- iam, Scotiam, Galliam, Hispanias, Lusitani- n, Noruegiam, Italiam, Aegyptum, Turci- n, veteris denique & noui Orbis Insulas solue- nt. Aiunt quotannis, & quidem è materia a- unde aduecta, millenas circiter naues in Hol- ndia construi, Oceano sulcando aptas; qua- m singularum nuda fabrica & materia, sine mamentis, binis constet aureorum scutato- m millibus: quæ pecuniæ summa incredibilis ne videatur: cui tamen multa fidem faciunt, m vel maxime piscationis vbertas & vtilitas, ius prouentus annuus, Guicciardino suppu- nte, vicies centenis aureorum milibus æsti- atur.

Copia naualis.

SELANDIA.

De Selandia quem potius quam Selandum differentem audiamus? Is Læuinus est Lénius, qui de sua patria ita scribit: Con- ans fama est, atque indigenis per manus tradi- , à Gothis & Danis hanc gentẽ profluxisse, præ- rtim ab illa insula Cimbrica quæ in Dania Se- ndiæ nomine inscripta est. Hi antiquitus Mat- aci dicti sunt, ex vulgata alloquendi consuetu- ne ac compellatione, qua populares atque in- genæ inter se vsi sunt. Mat enim ipsorum (sicut

hodie & Batauorum, Frisiorum, ac plerorumque Germanorum maritimorũ lingua) consilij, laboris, itinerisque socium aut comitem sonat. Atque hoc etiam eos nomine Tacitus appellat, quum inquit: Mattiacorum gens Batauis similes, nisi quod ipsi terræ suæ solo acrius animantur. Eius populi hodie, inquilini ac indigenę, robusti, statura corporis liberali, feroces viribus, ingenio, solertia, versutijs, calliditate, fallacijs, captionibus, negociandi peritia ac conquirendi industria ipsis etiam Batauis superiores; maior vero pars rei nauticæ ac piscationibus dediti, qui ea sunt morum ac vitæ integritate, vt nunquam inter illos vllæ contentiones, iurgia, simultates, diffidia oriantur; nec magistratus vnquam, nisi in grauissimis causis, se horum controuersijs interponit. In re domestica ac familiari omnia elegantia, nitida, exposita mensa frugalis, nec vnquam prodigaliter sumtuosa. In mercatura exercenda nemo ciuium non solers atque industrius, lucri auidus, ad rẽ attentus, in tenuiores tamen & inquilinos inopia pressos liberalis ac beneficus, in ceteros hospitalis, comis, candidus. De aeris clementia (idem inquit) haud multa polliceri ausim, vt qui in nonnullis partibus sit paullo asperior, & quam vicinarum gentium minus salubris, pręsertim æstate. ob paludum & stagnorũ nimis graues halitus, & quod regio sit arboribus minus consita. Hoc tamen commodi, quod contagioni & pestiferis morbis minus sit obnoxius, ac serius inficiatur; at infectus, immaniter in corpora hominum grassatur. Terra adeo fecunda est, vt bina iugera Selandica plus emolumenti

menti cultori afferant quam quaterna Brabantica. Prata ac pascua habet lætissima, pecora fecundissima. Ipsarum insularum situs est inter Mosæ & Scaldis fluminum ostia: à septentrione Hollandiam, ab oriente Brabantiam, versus meridiem Flandriam vicinas habent regiones, ab occidente mare Germanicum respiciunt. Inter has septem præcipue sunt reliquis firmiores magisque cultæ, quas Scaldis in orientales & occidentales discriminat. Orientalium, quæ tres sunt, maxima est Scaldia, siue Scoua vulgo, ambitu septem circiter miliaria complectens, olim multo maior, vtpote cuius partem non exiguam Neptuni violentia abraserit. Oppida habet duo, Siricsęam in Australi, & Brauershauiam in septemtrionali insulæ plaga positam. Duuelandia, altera harum insularum, quatuor miliarium ambitu inclusa, nullis oppidis, pagis tamen nobiliumque dominijs est frequens. Tola à Brabantiæ continenti Scaldis cornu, à Martiniano-aggere canali disclusa, eodem nomine celebre habet oppidum. Martinianus-agger locus est peramœnus, arboribus vndique consitus; in quibus maxima alitum, ardearum præsertim copia nidulatur. Inter quatuor Occidentales magnitudine reliquas antecellit Sudbeuelandia; spaciosissimo amœnissimoque tractu olim versus Flandriæ & Brabantiæ continentem exporrecta; semisse vero nunc angustior, inter cetera Romersvallia non ignobili oppido ab ea auulso; & post Anno MDXXXII, altero, Borsela nomine, maris

fluctibus penitus oppresso. Eodem anno & eadē tempestate huic opposita Nordbeuelandia, amœnissimus antea omnium Mattiacarum insularum hortulus, ita à mari est absorpta, vt prę ter turrium cacumina, aquis passim exstantia, nullum reliquum sit vestigium. Inter vtramque iacet Volfersdicca, duos tantum habens pagos. Sequitur Valachria, ceterarum, vt nunc quidem res sunt, regina, ab occasu æquinoctiali Britanniæ obuersa, in quam breuissimus inde est traiectus. Modico hæc spacio tres vrbes continet, Mittelburgum, Vlissingam, & Campofæram: quarum prima opulentissimum post Antuerpiam & Amsteldamum est emporium; & reliquę duę gnauis mercatoribus, & nautis robustissimis atque intrepidis abundant. In his insulis omnibus oppida numerantur decē, pagi supra centum: quorū omniū incolę mercatura, piscatu, nauicularia, salis confectione, pauci agricultura victum sibi quærunt. De horū moribus supra dixi.

Valachria.

NAMVRCVM.

ANDABATARVM more vt in alijs multis, ita in Namurcensis quoque nominis eruenda origine historici & geographi inter se certant: nos relictis nugis, regionem ipsam describemus. Namurcensis Comitatus Leodiensis diœceseos, Brabantiæ, Hannoniæ & Luxemburgi finibus inclusus, Mosa & Sambra fluuijs irrigatur: & in montes passim, vel potius colles assurgit, conuallibus amœnus, nemorib. & syluis consitus, quæ venationes nobilibus suppeditant; fertilis rerum quibus hominum vitam tueri

ueri necesse est. Ferrifodinæ heic multę sunt.
 latumijs quoque nigri, rubri & variegati colo-
is marmora eruuntur: itemque ex alijs lapidei
arbones, in quibus admirabilis naturæ opera-
io apparet. Quum enim in ceteris corporibus
nfusum oleum ignis flammã alat atque augeat;
ontra autem superinfusa aqua ardorem aut ex-
inguat aut minuat: hi superinfusa aqua accen-
untur, oleo autem extinguuntur. Sunt in hoc
Comitatu quatuor oppida mœnibus circumda-
a: Namurcum, Bouinæ, Carlomontium & Val-
encuria. Namurcum (vnde toti regioni nomen)
 Romanis primum conditam perhibent, sita
st inter duos montes ad læuam Mosæ ripam, in
uem Sambra vrbem interſecans, sese effundit.
best Louanio octo Belgicis miliaribus, decem
eodio, vndecim Bruxellis. Pulcra est, amœna,
rceque loco edito conspicua, vnde in subiectũ
grum longissimus est prospectus. Heic totius
egionis suprema est curia, à qua tamen ad Ma-
hliniensem prouocaret licet. Bouinæ ad idem
Mosæ latus, cultum quondam & frequens ciui-
bus oppidum, nunc varijs belli calamitatibus
exatum, in cinere ferè & ruderibus iacet. Car-
omontium Carolus V. contra Gallorum ex-
cursiones ædificari iussit, ad eiusdem fluminis
ripam, arx munitissima, in colle sita, eo in loco
vbi olim Giuetus non ignobilis vicus viseba-
ur. Valencuriæ situs amœnitate ædificiorum-
que sobria quadam elegantia splendet. Pagi cẽ-
um octoginta duo circiter numerantur, quo-
rum aliquibus etiam oppida inuideant. Incolæ
bellicosi sunt, Principumque suorum amantis-
simi, Gallica lingua, sed crasso admodũ idioma-

Namurcum oppidum.

te, vtentes. domesticis ferè opibus contenti, agriculturam & eiusmodi studia magis quam mercaturam exercent.

SVTPHANIA.

SVTPHANIENSIS Comitatus etsi hodie Geldriç annumeratur, inter septendecim tamen prouincias singulare membrum habetur. Geldriç accreuit Anno MCCCVI. quum Otho Nassouius Geldriç Comes, Adelheidim Gerlaci Sutphaniensis Comitis filiam in matrimonium duxisset, è quo natus filius Gerardus auo materno in Comitatu successit. Vsipetes hic habitasse è Latino detortum regionis nomen arguere videtur. Præter Sutphaniam metropolim complura ad Comitatum hunc pertinent oppida; Dusburgum nempe, siue Teutoburgum, Dotecomum, Lochemum, Grolla, Bredeuorda, & Bronchorstum: à quibus singulæ prçfecturæ denominantur, quarum omnium veluti princeps est & inspector is quem Drossardum vulgo vocant. Huic quoque Comitatui alius, Herembergensis scilicet, accensetur.

MARCHIONATVS IMPERII.

MARCHIONATVS Imperij Brabantię hodie pars est. à Iustiniano Imperatore institutum Cornelius Grapheus auctor est: quamquam alij originem eius multo ponãt antiquiorem. Auentinus, grauis rerum Bauaricarum scriptor, asserit Vtilem Theodonis Bauariæ Principis fratrem à Theodorico Francorum rege in hunc tractum qui inter Scaldim, Mosam, Rhe-

henum & Oceanum continetur, cum imperio missum, vt ei contra Danorum excursiones tam mari quam terra præsidio esset; & Præfecti limitanei, siue Marchionis titulo donatum. Ioannes Marius ad Constantini Magni filios originem huius Marchionatus refert, eiusque limites ad Vallencænensem vsque agrum extendit. Paulus Aemilius multò verisimilius, ab Othone II. Imperatore Anno Christi nati DCCCCLXXIII. instauratum putat, & Gerberiæ auiæ, viduæ Lotharij Francorum regis matri datum. Vtut sit; in eo omnes consentiũt, sub Angiso Pipini II. patre, primo Brabantiæ Duce, sub Brabantiæ imperium cessisse. Continet vero hic Marchionatus quatuor insignes ciuitates, Niuellam, Louanium, Bruxellas, & metropolim Antuerpiam: de quibus suprà dictum.

MACHLINIA.

EADEM fortuna fuit Machliniensis Dominij, à Machlinia vnica eius vrbe denominati: quæ inter Louanium, Bruxellas & Antuerpiã posita, æquali ferè spacio ab vnaquaque abest. Heic suprema est omnium Belgicarum prouinciarum curia, ad quàm ferè omnibus appellare, inde vero vlterius prouocare nõ datur. Solet heic quoque equestris ordinis, qui à vellere aureo nomen habet (singulare Burgundicæ familiæ decus) conuentus haberi. Vrbs amœna est, ampla, humanissimis incolis referta; inprimis clade illa nota quã Anno MDXLVI. die VII. Augusti accepit, quando porta siue turris, bombardici pulueris receptaculum, de cœlo tacta,

non vicina tantum verum etiam remota ædificia grauiſſime concuſſit, & quædam funditus euertit, non ſine hominum ſtrage,

FRISIA.

FRISIOS Tacitus in maiores & minores diuidit, & vtramque gentem vſque ad Oceanum Rheno prætexi; immenſos inſuper lacus & Romanis claſſibus nauigatos ambire ait. Hodie in orientales & occcidentales diuiduntur. orientales illi dicuntur qui agrũ Embdenſem inhabitant, Chauci verè appellati. Occidentalium nomen ei potius parti debetur, quę Nordhollãdia hodie vulgo dicitur: quæ id nomẽ quoque in publicis litteris etiamnum vſurpat. Friſia vero de qua dicere aliquid inſtituimus, à ſeptentrione & occaſu Oceano clauditur; à meridie Transiſalanæ fines attingit; ab ortu Amaſi fluuio diſterminatur: Groningenſis tamen ager, qui eiſdem finibus cõtinetur, proprij gaudet dominij iure. De cetero, regio in tres Status ſiue membra tribuitur, Oſtergoam, Veſtergoam, & Seuenuoldam; quæ rurſus in vndetriginta Gretanias ſiue præfecturas iuridicas diſtinguuntur. In his oppida ſunt duodecim, pagi trecenti triginta quinque. inter oppida primarium eſt Leouardia, vrbs opulenta, & munita, ſummum totius regionis tribunal. Harlinga portus commoditate ſecundum obtinet locum, Stauera maris impetu, & arenarum tumulis portui obiectis, ad nihilum ferè redacta. Franequera ædium elegantia, munditie platearum, ciuiũ opulentia vix vlla Friſiæ ciuitate minor: nobi

Friſiæ diuiſio.

bilium domicilium & receſſus,publico bona-
n artium gymnaſio florens. Bolſuardi antiqui-
em Anſeatici teſtatur federis ſocietas , & ſe-
ıdus poſt Leouardiam in publicis conuentibus
us. Eiuſdem ſocietatis membrum fuitStauera,
quantum mutata ab illa quæ quondam. Eſt
eca quoque oppidum non inelegans, quamuis
o humili & aquoſo ſitum. Reliqua oppida
ıt Doccomum,Slota, Ilſta, Vorcomum,Hinde
pa, & Dammum. Solum Friſiæ omni ex parte
ınum eſt, & paſcuis fecundiſſimum, ſtagnis,
ubus, paludibus, foſſis quaqua verſus interci-
n. Frumentum è Dania lociſque mediterra-
is, atque alia quæ regio non fert aliunde mag-
copia importantur. Lignis non caret quidem
nnino, non tamen abundat: quorum loco ce-
tibus è paluſtri terra effoſſis, & ad ſolem tor-
actis vtuntur. materia hæc & ignem facile
ncipit, & diu ſeruat, præbetque carbones mul-
quam quoduis lignum ardentiores. Pecoribus
n minus quā Hollandia abundat: & apud exte-
s quoque in precio ſunt Friſij equi. Aer grauior
quanto eſt, præſertim alienigenis, ob paludū
vaporum inde exhalantium copiam. Ab Oce-
o perpetuo infeſtatur , qui modo terræ addit
quid, modo abradit, modo omnia longe late-
e inundat, vt Anno M D L X X.contigit,quo in-
dita eluuione vltra decē hominum milia ſub-
erſa perierunt. Vniuerſa regio incolis frequen-
ſima eſt, quorum magna iam olim bellicæ vir-
tis fama fuit, & nunc eſt. Dites ſunt plerique
nnes, quæ res innatam illis confidentiam au-
t, robuſti, agiles, nec à Muſarum ſtudijs abhor-
nt. Friſiæ huic ad ſeptentrionem inſulæ non-

Agri qualitas.

nullæ prætenduntur, sed arenosæ omnes sunt, &
magna ex parte steriles: vnde incolæ piscatu m-
ximè viuunt.

VLTRAIECTVM.

VEtus Batauia, potentia quondam sub pro-
prijs regibus florens, extincta legitim
stirpe, in plures partes fuit distracta,
inter Isalæ accolas, Episcopos Vltraiectinos, Ho
landiæ Comites, & Duces Geldriæ diuisa. Vltr
iectini Episcopi Dominatũ suum Franciæ regib
debent, qui & his & Hollandiæ Comitib
tractum hunc liberali manu coutulerunt. Pr
mus Archiepiscopus Vilebrordus fuit, natio
Anglus, Clemens cognomine, a Sergio Papa o
dinatus, qui iurisdictionem hanc a Dagober
Francorũ rege est adeptus, tũ, vt videtur non i
angustã, sed multo latius, per vniuersam fe
Hollandiam, patentem. Hodie Vltraiectum, B
tauodurum, Rhenam, Amorsfortum, & Mo
fortum oppida complectitur, cum septuagin
ferè pagis: a septentrione, ortu & meridie Ho
landia, ab occasu Geldriæ Ducatu circumscri
ta. Ager bonus est & fertilis, Hollandico pa
lo altior, & ad segetes magis aptus; aer etia
siccior, ac minus grauis. Vltraiectum episcop
lis ciuitas, ædificijs tam publicis quam priua
ac præsertim cathedrali templo mirum in m
dum splendet, tam commodo loco sita, vt a se
aginta circumcirca oppidis singulis vnius ta
tum diei itinere absit. Batauodurum, ho
VicKj te Durstedén, olim inter omnes Bata
vrbes maximi fuit nominis, hodie multo n
nor, omnibus tamen rebus ad victum pertin
ui

is affluens, quę nauibus per Rhenum & de-
untur & subuehuntur. Huc olim Episcopi
raiectini a publicis curis leuamentum quę-
tes, diuertere frequenter solebant, loci a-
enitate allecti. Rhena vetustum admodum
oppidulum, ad Rheni ripam quatuor ab Vl-
ecto miliaribus positū. Amorsfortum non,
quidā nugantur, ab amore forti, sed Ambsa
nio nomen habet, qui Velauiam ingressus, op-
um perlabitur. Situm opportunum habet,&
de amoenum: ab vna parte Velauiam, ab alte-
ongam tumulorū arenariorum seriē prospi-
ns. Monfortum ad Isalam fluuium situm
oidulum, non minus elegans, arcem habet a
thofredo Vltraiectino Episcopo contra Hol-
dorum excursiones ędificatam. Huius enim
ecefeos episcopis acerbissimę olim cum vici-
regulis, pręsertim Geldris fuere contentio-
, qui territorium Vltraiectense frequenter
ro flammaque vastarunt: vnde seditiones Vl-
iecti sępius natę, cum ciuium alij Episcopi, a-
aliorum rebus fauerent. Hanc ob caulam
dem ad Burgundicam domum sub Carolo
Cęsare, tanquam ad asylum se recepit, sub
us alis quieta hactenus latuit, donec fatali
bello vehementer exagitata, ab eadē fuit
ulsa.

TRANSISALANA.

P Rouincia hęc à septē trione Frisiam, à me-
ridie Geldriam, ab ortu Vestphaliam, ab oc-
casu sinum maris Australem & Isalam am-
empro limitibus habet. diuiditur in regionem
lanā, Trentam & Tuentā, octo oppida muris

cincta continens, Dauentriam scilicet, Campe
Suollam, Vollenhoā, Stenouicum, Hasseletu
Otmarsiam, & Oldeselā: quibus alia quæda
loca oppidorum priuilegijs vtentia addunt
Meppelia, Gelmuda, Couorda, Hardenberg
Omma, Almeloa, Diepenhæmum, Delda & E
sceda. Pagi supra centum numerantur. Horu
omnium metropolis est Dauentria. E Trans-I
lana Iunius Francos qui Galliam deuicerunt,
ducit (contra eorum opinionem qui Franco
Gallorum faciunt matrem) à Saliorum, Ansu
riorum, Tencterorum, Tubantum, & Chamau
rum nominibus sumto argumento: sed in ince
to hæc sunt, ac sane non est nihil quod contrad
possit, etsi & hoc quod Iunius dicit non nih
est. Isala Rheni est brachium & tertium eius o
um: cuius hæc origo est & cursus. Ducentis p
sibus supra quam Arnhæmum Rhenus perting
fossa incipit noui & immoderati operis à Dru
Drusiana dicta, cuius iussu illa à militibus,
ocio torpescerent, est perfecta. Fossa hæc ad d
vel tria miliaria exporrigitur, & Rhenum, q
nunc Isala, Dusburgum, quod oppidum, à Dr
so nomen retinere videtur, præteruehit, vbi Is
è Vestphalia ortus huic Rheni cornu suū cōm
dat nomen; inde Bronchorstum & Sutphania
vrbē rebus omnibus à natura dotatam, deince
Dauentriam, Ansuariorum vel Anseaticam (
hodie loquimur) vrbem præterlabitur: quæ qu
tuor oppida Isala à dextro latere relinquit,
sinistro duo alia habens, Hattemum scilicet,
tu & operibus munitum oppidum, & Campe
quam vrbem quidam Naualia quondam, & Po
tum Manarmanis dictum arbitrantur. Ins

Isala flu uius.

ha

c Iſala in Tiam, maris Auſtralis ſinum, illa-
ır, cuius gurgite abſorptus, Ens & Vrcam in-
ıs præterit, vbi etiamnum ſereno anni tempo-
el ſilentibus ventis, nautæ contis nauigia pro-
dentes viam animaduertunt ſilicibus ſtra-
ı: deinde per mare Auſtrale perfecto curſu,
ſtfriſiam ſiue Nordhollandiam à Friſijs ciſ-
rinis (Auſtrale mare intelligo) ſeparans, à la-
e relicta Flelandia (quæ à Fleui oſtio nomen
et) tandem in Oceanum exit. Ex quo patet
m hunc Oceani, qui mare Auſtrale vulgò
ıcupatur, à foſſa hac Druſiana, nunc Iſala, ac-
ſcentibus qui multi circa ea loca erant, &
num coeuntibus lacubus effectum, cum ir-
ıperabili Friſiæ & Trans Iſalanæ damno, quæ
ltis partibus acciſæ ſunt & diminutæ. Parum
m hæc eluuies Iſalæ profuit, qui mari Au-
ıli interceptus, & quaſi enectus, curſus ſui,
olim inter Flelandiam & Scellingiam fuit,
icia nulla amplius monſtrat. Soli dotes
locorum ratione diuerſæ ſunt. in *ijs* quæ ad
lam ſunt gleba eſt pinguior & fertilior. Tren-
& Tuentæ magnam partem ericeta occupant,
ent tamen & ipſę omnia ad humanum cul-
n neceſſaria affatim. Dauentria Tencterorũ
nen præferre videtur (Trentam nonnemo
uult) vrbs ampla, copioſa & elegans, ad dex-
m Iſalæ ripã. Infra hanc Campi, ſiue Cam-
ıa eſt, in læua eiuſdem ripa, vbi Iſala in maris
um Auſtralem exit: vrbs in longum ſecun-
n flumen exporrecta, vbere piſcatu celebris.
utra harum ſi vel ſitus opportunitatem, vel a-
enitatem loci, vel ædium nitorem, vel mu-
ionum robur ſpectes, inferior eſt Suolla, ad
Nigras

Nigrasaquas fluuium sita. Stenouicum quo
non inamœnum est oppidum, vbere rerum
cessariarum copia beatum. Trentæ caput (
uordia est, Drossardi siue præfecti domicili
arx insigniter tam loci ingenio quam operi
munita. Non possum heic præterire, quin de
lumnis illis, quas Tacitus hoc loco magna
lebritate fuisse commemorat, aliquid delib
quæ adhuc non procul a Couordia & vico R
da visuntur. Vidi ipse non sine admiratio
quod tamen columnas Tacitus appellat, mi
propriè loquitur. Sunt enim saxa immani
gnitudine, alijs duobus vel tribus, vt mensa
tabulæ imposita, ita vt inferius oculis, & t
etiam corpori, si quis repere velit, peruia s
Putant nonnulli aras fuisse, ad quas olim in
læ humanas hostias, maximè aduenas, immo
rint; alij gigantum sepulchra credunt, hodie
etiam gigantum lecti nominantur. Quæ eo
bentius retuli, quod Plinio teste, Drusus G
manicus fama excitus, auspicijs Augusti
mus Romanorum septentrionalem Ocean
nauigauit: sed, vt refert Tacitus, obstitit Oc
nus in se simul & in Herculem inquiri: Her
lis enim columnæ dicebantur, siue adijt ea
ca Hercules (idem Tacitus inquit) seu quidq
vbique magnificum est, in claritatem eius
ferre consentimus. Trentæ huic tractum
bantes sequuntur, à Gora oppido, tribus à
uentria miliaribus distante, ad Duncelam flu
vsque in Comitatu Benthæmensi protensi: q
tum regio Tuenta appellata, veteris appella
nis, vti diximus, vestigia retinet. Incolæ
ribus à vicinis parum absunt, eorumque in

plerumque loci, vt sic dicam, geniũ sequuntur.

GRONINGA.

Rofecto Troianus equus cosmographis & historicis, veteribus præsertim, Troianorũ fuit exsilium & dispersio, à qua in omnes
orbis partes non tantum colonias illi edu-
t, sed etiam primarijs quibusque vrbibus
ditores ex ea gente assignant: quo fit vt ple-
que populorum & vrbium origines, præser-
quæ à Troianis deducuntur, prudentioribus
pectæ sint & dubiæ. Groningæ quoque ori-
em nonnulli à nescio quo Grunio Troiano
etunt: at si coniecturis locus, magis cũ Qua-
a pratorum viriditate nomen adeptam cre-
erim. Est enim viridantibus pascuis pratis-
cincta vrbs; trabẽ quoque viridem in flauo
peo pro insigni ostentans. In Trentæ finibus
, latè olim imperauit. Henricus III. Impera-
Anno M XLVII. XI. Kalendas Iunij, dona-
Ecclesiæ Vltraiectinæ Comitatum Trentæ
rba sunt bullæ) vna cũ villa sua Groninga in
to suo Comitatu situata. Eam, vt & prouin-
m, Embdensis Comes Georgio Saxoniæ duci,
roli V. Imperatoris clienti, eripuit: sed quũ
eam retinendam satis viriũ non haberet, Ca-
o Geldriæ Duci, Anno circiter MDXIV.
n tradidit. Quam rẽ Georgius indigne fe-
s, hanc mutationem & vniuersæ Frisiæ mo-
ita detestatus est, vt & ipse ius suum Caro-
Imperatori anno sequenti transcripserit.
de inter Burgundos & Geldros atrocissima
lla extiterunt, quæ demum certis legibus so-

pita

pita sunt, inter quas & hæc fuit, vt Dux Car
lus eam prouinciam, quoad viueret, obtinere
post eius vero obitum ad Carolum V. Imper
torem, Frisię Dominum, vel ad eius heredes r
diret. Atque ita factum. Vrbs ipsa perpulch
est, ampla, & munitionibus cum quauis Bel
vrbe comparanda. Ager circumiacens, in q
pagi sunt quadraginta quinque, nullis natu
dotibus Frisia inferior, multis præcellens. G
est inquieta, & stricta parcimonia, dura, labor
osa. mulieres vnà cum viris opus faciunt; vn
valde macilentæ & robustæ ad longam ætate
perueniunt. Quidquid ex agris & pecore con
modi percipiunt, ad forum Groningense defe
tur: cui vrbi multum in agrum subiectū iuri
vnde plurimæ inter Senatum & nobilitate
dissensiones natæ, atque armis etiam exercit
tam ciuium quam rusticanorum fortunas veh
menter afflixerunt.

Politia Belgii.

REIPVBLICAE in Belgio administran
ratio antiquitus vsurpata, magnam hab
cum ea quæ in Galliæ regno iamdiu viguit,
etiamnum viget, similitudinem. illud tantu
interest, quod ex Austriaca familia Princip
inprimis Carolus V. & Philippus II. fili
plurimornm aliorum regnorum potit
quum præsentes ipsi non possent, per legat
imperium administrârunt, quibus eadem fe
& par quæ præsenti Principi, concessa fuit p
testas, exceptis paucis quæ prædicti reges s
arbitrio reseruarunt. in Actis nihilominus,
rendis legibus ceterisque rebus ad rem publi
pertinentibus, non legati, sed Principis nom
vsurpatur. Legato Principis siue Vicario diu
saru

rum Curiarum Senatores adiuncti sunt, quo-
m ille consilijs in rebus administrandis vti-
r: Consilium scilicet Status, Consilium secre-
is, Consilium ærarij. Sunt præterea singula-
im siue particularium prouinciarum rectores,
curiæ priuatę, quarum sententijs in ijs quæ
l suam cuiusque prouinciam pertinent, multũ
ibuitur. In consilium status à Principe pro
mporum & rerum conditione, è magnatibus
singularium prouinciarum rectoribus ij ad-
ribuntur quorũ de virtutibus magna est apud
nnes existimatio, quorumque fides maximis
rebus iam ante est perspecta; ac ne quis forte
norantia iuris error irrepat, Iurisconsultis
ioque suus in hoc est locus: quibus omnibus
ius aliquis Præsidis nomine pręest. Horum
unus est deliberare de ijs quæ ad Principis &
ibditorum pertinent salutem, de pace scilicet
bello, de recta reipublicæ eiusque partium
lministratione, de federe cum exteris aut vi-
nis Principibus ineundo, de exauctorandis
ilitum tribunis, de muniendis oppidis, de
ellico comeatu, de accipiendis exterorum, aut
iis ad exteros mittendis legatis, de omnibus ijs
enique quæ à reliquis curijs ad supremã hanc
ijciuntur. Secretius Consilium, quod idem
egato pręsto est, decem vel duodecim constat
ireconsultis, à Principe vel Legato ad hoc mu-
us allectis. Hic Senatus (quem Priuatum quo-
ue appellant) olim res omnes reipublicæ sta-
im concernentes dijudicare solebat; postea
ero ob negociorum multitudinem diuisus, ea-
im quas diximus rerum arbitrium ad Consiliũ
atus transtulit, sibi vero ea quę ad iustitiam,

Consilium status.

 ius &

ius & politiam prouinciarum attinent, dijudi-
canda sumsit. Penes hunc potestas est priuilegia
gratiam & veniam petentibus concedédi, lege
& statuta condendi(vnde hi Senatores etiam li-
bello: um supplicum magistri quandoque dicú-
tur) necnon Principis Dominia, quæ vocant
fines regionum, Principum, magnatum, alio-
rumque aulicorum preeminentias & prærogati-
tiuas cognoscendi & diffiniendi. Aerarij Sena-
tus, in quem prudentissimi totius regionis co-
optantur, patrimonij Principalis ac redituum
tam ordinariorum quam extraordinariorum
curam gerit, quæstores aliosque ærarij mini-
stros constituit & obseruat, sumptus in bell
aut pace factos persolui iubet, rem denique nu
mariam Principis vniuersam tractat & mode
ratur. Præter hæc consilia siue Senatus, vnaqua
que prouincia rectorem habet, cuius iurisdicti
suæ regionis limitibus circumscripta est. Su
prema curia, quò omnes appellationes, Braban
tia, Geldria & Frisia exceptis, referútur, Mach
liniæ est, vt supra quoque diximus. ceteroqu
sua cuique regioni est curia, ad quam Princep
etiam quandoque in ius vocatur, & vel superio
discedit, vel causa etiam nonnunquam cadit
quem in finem suum quoque causidicum siue ad
uocatum habet & procuratorem. Nec Princip
noua subditis onera imponere, vel exactione
indicere licet nisi de Ordinum consensu; quor
tria membra è triplici hominum genere con
stant, ecclesiasticis scilicet, nobilitate & ciuiu
delegatis. horum multa magnaque sunt priu le
gia, quorum nonnulla Eytzingerus in Descrip
tione Belgicæ prodidit: politiam vero haru

pre

Aerarii Senatus.

rouinciarum insigni cómentariolo Ludouicus
uicciardinus descripsit.

Quod reliquum est, Belgicę quam breuiter
odo descripsimus, prouincias singulas singu-
fere Principes olim tenuerunt : donec du-
ntis abhinc annis omne id quod inter Amasim
Somam fluuios continetur, sub vnum Bur-
ndorum primum, deinde Austriacorum prin-
patum concessit. Id quó iure, quo ordine fa-
um sit, paucis aperiemus. Ludouicus Malus,
patre Flandr ę & Niuerniç Comite, Salinarũ,
ntuerpię & Machliniæ domino; matre vero
urgundię, & Artesiæ Comitissa natus, Marga-
tam Ioannis III Brabantiæ & Limburgi Ducis
iam vnicam in matrimonium duxit; è quo
isdẽ cum matre nominis prócreata filia Phi-
ppo Valesio, Ioannis Francorum regis filio,
gnome to Audaci, Burgundiæ Duci, nupsit.
his nati sunt Ioannes, cognomine Intrepi-
s, Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ & Arte-
; Antonius Valesius, Dux Brabantiæ & Lim-
rgi; Philippus Valesius, Niuerniæ Comes;
mque filiæ complures. Philippó patre defun-
; & Antonio ac Philippó fratribus in prœ-
contra Anglos ad Terouanam occisis; Ioan-
s vniuersam hereditatem creuit; & patri non
imperió tantum, sed inimicitijs quoque con-
Aureliani Ducem, Francorum regis fratrem
ccessit: quem etiam Annó M C D V II. in mu-
Lutetiæ vespere obequitantem, immissis per-
ssoribus, occidi iussit, postridie cædem non
ntum vltro fassus; sed etiam iure factam de-
dens, vtpote qui veneno in duos regis maio-
natu filios, quos Delphinós vocant, grassa-

Quomodò Belgicæ prouinciæ sub vnum Principat ũ cõcesserint.

Caussa belli inter Gallos & Burgundos.

tus, atque etiam regis ſceptro ac vitæ inſidia-
tus eſſet. Inde grauiſſimum bellũ inter Burgun-
dos & Aureliani filios, patris mortem vlciſc
cupientes, exarſit. Inter alia quæ tum accide
runt illud memoratu dignum eſt, quod Pariſi-
enſes, qui Burgundionum partibus ſemper fue
rant addicti, euocata è præſidio Pontoſiano Io
annis Villerij Lilladami manu militari, magn
aduerſariorum pacis conditiones omnes aſper
nantium ediderunt ſtragem, in mortuorũ cor
pora etiam immaniter ſæuientes, conniuent
rege, Delphino vero Aurelianenſium rebus ad
dicto. Interea Anglorum, Rhotomago expugn
ta, proſperi ſucceſſus inter Delphinum & Au
relianenſes, & Ducem Ioannẽ pacis ſtudia pro
mouerunt. condicitur dies & locus; quem Du
Ioannes obiens, dum in tabernaculi in quo De
phinus ſedebat interiora, ad ſalutandum eũ in
greditur, & pro more gentis nudato capite, ge
nu dextro innititur, à circumſtantibus Delph
ni miniſtris circumfuſus, imprudentiæ, atqu
etiam forte antea patratæ cædis, iuſto Dei iud
cio, quamquam non ſine humano ſcelere, po
nas luit. Hoc ſeminarium fuit atrociſſimi, quo
inter Franciæ reges & Burgundiæ Duces ſed
cim continuos annos geſtum eſt, belli. Ioan
fraude Delphini, vti diximus, occiſo filius Ph
lippus Valeſius, Bonus cognomine, ſucceſſ
qui in Gallias vltionis de parricidis ſumend
cauſa profectus, pacem inter Franciæ & Angl
reges fecit, hac inter cæteras conditione, vt
Anglum, Catharina Francorum regis filia in v
orẽ ducta, Gallici regni ius & ſucceſſio deuc
neretur, excluſo ob prædictam cædẽ Delphi

Philippus Valeſius.

Ex

x hoc matrimonio procreatus Henricus VI. ngliæ & Franciæ regnis fuit inauguratus; tumue Franci, Angli, & Burgundi coniunctis viriius contra Delphinum bellum gesserunt, qui iortuo patre, sub nomine Caroli VII. pro ranciæ rege se ferebat. Exortis postea in Anlia intestinis dissensionibus, & bello ciuili inter ancastriam & Eboracensem familias, sub ingni albæ & rubræ rosæ, exorto, Angli pedetéim Franciæ possessione sunt deiecti, Philippo tiam ijsdem non satis æquo, quod Angliæ proex, Dux Glocestriæ, regis patruus, cum Iacoba, Hannoniæ, Hollandiæ, Selandiæ & Frisiæ ierede vnica, matrimonium contraxerat, quæ oanni IV. Brabantię Duci, promissa fuerat & lesponsata. Et Glocestrius quidem ad occupanlas vxoris ditiones magna cũ classe in Hollandiam & Selandiam traiecit; sed re infecta vnde venerat est reuersus. Male hic conatus Philippum habuit; vtpote cui Iacoba sine liberis mortua, in quatuor illas ditiones proximum ius esset. Quare sapienter cum Delphino, tum Franciæ rege, cædi iuuentutis errorem & consiliariornm scelus prætexente, in gratiam redijt, & Atrebati Anno MCDXXXV. pacem inijt, post tredecim annorum bellum. Pacificatio hæc Philippo non glorię tantum fuit & honori, sed magno etiam emolumento, quippe qui præter paternæ cædis expiationem, vel satisfactionem, multarum inde & opulentarum regionum imperium consequeretur. Ad hunc Philippum Bonum, iam Burgundiæ Ducem, Comitem Flandriæ & Burgundiæ inferioris, Artesiæ Palatinum, Marchionem S. Imperij Do-

Iacoba Hollandiæ Comitissa.

minum Salinarum & Machliniæ, An. MCDXX mortuo Theodorico Comite Namurcensi, Comitatus Namurci; & Anno MCDXXXV, Philippo Brabantię Duce eiusdem nepote, sine liberis defuncto, Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgi Comitatus; deinde Iacoba nepti itidem è viuis sine liberis sublata, Hannonię, Hollandię & Selandiæ Comitatus, cũ Frisiæ Dominio, sunt deuoluti. Idem postea Anno MCCCCXLI. Luxemburgi Ducatum est adeptus, ab Elisabetha Antonij patrui Philippi relicta vidua, subditorum insolentiæ pertæsa, hac conditione vt annua inde ipsi tribueretur pensio, resignatum. Ita ergo ad vnum Philippum tot tantæque regiones confluxerunt, vtraque scilicet Burgundia, Brabantia. Limburgum, Luxemburgum, Flādria, Artesia, Hannonia, Namurcum, Hollandia, Selandia, Frisia, Machlinia, & S. Imperij Marchionatus: quarum ipse regionum caussa multa bella gessit, Gandauensium & Leodiensium seditiones compressit; deinde Isabella, Lusitaniæ regis filia in vxorem ducta, ordinem aurei velleris Anno MCCCCXXX. Brugis iu Flandria instituit, allectis in eum triginta equitibus, quorum numerus posteà plurimum est auctus. Decessit è viuis, vnicum sui temporis decus & infidelium terror, Anno MCCCCLVII. quũ imperium duodequinquaginta annos feliciter administrasset, vnico relicto ex legitima vxore filio Carolo, cui postea Pugnacis inditum fuit cognomentum. Hic ad paternas ditiones Ducatum Geldriensem & Sutphanię Comitatum adiunxit, nonaginta duobus scutatorum millibus ab Arnoldo Ecmondano emtum, cuius filius

Carolus Pugnax.

quoque

ioque Adolphus, qui idem patrē ante carceri-
cluserat, captiuus Cortraci detētus est, quoad
ciso Carolo Gandauenses vinculis liberatum
ntra Francorum exercitum ducē sibi legerūt,
prœlio post ad Tornacum interfectum. Adol-
io vnicus filius Carolus superstes fuit, qui ad
tunam vnà cum Engelberto Nassouio à Gallis
ptus, ab ijsdem in Geldriam missus, magna &
auia bella contra Maximilianum, Philippū &
arolum Austriacos gessit, quæ tandem transa-
ione composita sunt, vt Geldrio sine liberis
ortuo, ad Austriacos Ducatus rediret. Sed ad
ostrum Carolum redimus, qui vndecūque cre-
ēdi occasionem captās, vt erat homo inexple-
lis ambitionis, Lotharingiæ, Sabaudiæ, Helue-
æ vltrò arma intulit, eo consilio vt his domitis,
iam sibi ad Italiam & reliquam Galliā subigē-
am sterneret. Quare etiā remotæ gentes & ami-
tiā eius expetebant, & potentiā reformidabāt;
onec tandem à Letharingis & Heluetijs ad
Nanceium occisus est, Campobassi cuiusdam
tali Comitis scelere, qui à Lodouico cōductus,
uuenem Principem, præfracti aliàs & contuma
is animi in exitiū præcipitauit. Hic exitus fuit
Caroli Burgundi omnium Principū suæ ætatis
otentissimi, qui vniuersi orbis imperio velut
lter quidā Alexander aut Carolus Magnus in-
ians, ab ignobili tum & contemta Heluetio-
um gente in ipso ætatis flore, & medio rerum
estarum cursu est extinctus, quum suis decem
nnos imperasset. Maria vnica Caroli filia Va-
esia Maximiliano Austriaco Friderici III. Im-
eratoris filio, Anno MCDLXXVII. nupsit:
qui initio statim Principatus ea dedit virtutis

Maximilianus Austriacus.

ſpecimina quæ facile futuram magnitudinem augurarentur. Nam & Gallorũ audaciam, qu Carolo & magna nobilitatis parte occiſis, Burgundicas prouincias diripuerant, quaſdã etiam totas ſui iuris fecerant, in poſterum cohibuit & multa amiſſa recuperauit, inſigni victoria ad Guinegatam contra Gallos potitus. Quint poſt has nuptias anno Maria Valeſia, equi caſ grauiter afflicta, exſpirauit, relicto Philippo filio, & filia Margareta, quam Franciæ Delphino deſponſatam, & ab eodem qui ad aliam animum interea adiecerat, repudiatam, Ioanne Caſtiliæ Rex vxorem duxit, & cum ſuſcepto ex ea filio paullo poſt mortuus, Caſtiliæ Regnum Ioãnæ ſorori, Philippo I. Maximiliani filio poſt ea matrimonio iunctæ reliquit. Mortua Maria Valeſia, Maximilianus pupilli nomine remp adminiſtrauit; ſed exorta mox inter ipſum & Ordines, Flandriæ præſertim, diſſenſio, in bell etiam vel potius rebellionem erupit, à Gandauenſibus pupilli cuſtodia aſſumpta: quem tand in manus Friderici Imperatoris aui tradiderunt Paullo poſt Maximilianus in Romanorum Reg electus, cum exercitu in Belgium deſcendit, & Brugas, multis in itinere ab externo milite licenter patratis, peruenit, vbi pax præſente Imperatore Friderico, denuo fuit confirmata. Sequent anno Flandri, ſiue ficto ſiue vero metu, iterum tumultuari cœperunt, eoque res deuenit vt Brugenſes Maximiliano cuſtodiam ponerent: cuiu fama excitus Fridericus Imperator, ingentes copias ex omni Germania conſcripſit, ad filium liberandum profecturus: ſed eum Brugenſes iam ante dimiſerant, datis obſidibus, in certas conditione

iones adactum. Imperator nihilominus cũ
ercitu progressus, Gandauum quadraginta di-
obsedit, agrumq; populatus, cum filio in Ger-
niam rediјt, Alberto Saxoniæ Duci rerum ad-
nistratione commissa, sub quo regiones facti-
ibus distractæ, vehementer aliquamdiu vexa-
sunt, donec Philippus adultus, circa Annum
CDXCII. rempublicam ipse administrandã
scepit: Maximilianus vero Friderico patri mor-
o in Imperij dignitate Anno MCDXCIV. *Philippus I. Austriacus.*
ccessit. Biennio post Philippus Belgicarum di-
onum heres cum Ioanna Castiliæ siue Hispanię
gina, nuptias Liræ in Brabantia splendidissime
lebrauit: & sequenti anno id de quo supra dixi-
us inter Margaritam Philippi sororem, & Io-
nnem Castiliæ Regem, Ioannæ fratrem, matri-
onium est perfectum. E Philippo & Ioanna na-
sunt Carolus V. Anno MD. qui Iubileus erat *Carolus V.*
IV. Februarij Gandaui; Ferdinandus, & qua-
ıor filiæ, Leonora Emanueli Lusitano primum,
einde Francisco Galliæ regi nupta; Catharina,
oannis Lusitani; Isabella, Christierni Dani; &
laria Ludouici Hungari vxor. Vxoris fratre si-
e liberis defuncto, Philippus cum Ioanna ad ca-
essendum regnum in Hispaniam nauigauit: inde
er Italiam rediens, sororem Margaritam, post
nariti mortem Sabaudiæ Duci nuptam, & Maxi-
nilianum patrem ex itinere inuisit. Constitutis
n Belgio rebus, & Gulielmo Croio qui pro rege
esset, electo; Philippus cum coniuge in Hispaniã
euerti statuit, sed tempestate iactatus, & in An-
gliam descendere coactus, à rege & regina mag-
nificè exceptus & liberaliter habitus, paucis die-
bus pòst institutum iter persequitur. Appulsum

non diu Hispania vidit superstitem. Anno eni
sequenti M D V I. in ipso ætatis flore extinctu
est, Princeps longiore vita dignissimus. Be
lum nullum gessit quam cum Carolo Geldri
Duce; quod viuo Philippo compositum, po
eius obitum multo vehementius recruduit. Po
hæc Margarita Philippi soror, secundum vidu
ad Belgium Caroli Principis nomine adiministra
dum euocatur: quæ sapientissimis Maximilian
patris consilijs vsa, imperium modeste & pacif
ce summa cũ laude aliquamdiu tenuit, quod de
inde anno M D X V. Carolus X V. annos natu
& Gandaui sub Gulielmi Croii Arscotani, &
Adriani Florentii Vltraiectensis (qui ad Pontifi
catum postea est euectus) disciplina educatus
suscepit. Triennio post Carolus in Hispaniam
profectus, hereditariis regnis inauguratur: ibi
que ad eũ primũ de aui sui Maximiliani Anno
M D X I X. defuncti obitu, deinde de sui electio
ne nuncius est perlatus. Quare in Germania
Anno X X I I. reuersus, Aquisgrani primũ de
inde Bononiæ Imperii coronã accepit, ductaque
in vxorem Isabella Lusitaniæ Regis filia, domi
prole, Imperium vero bonis legibus stabiliuit
Eo tempore exortus Martinus Lutherus, è fami
lia Augustiniana monachus, Vitebergæ in Saxo-
nia Theologiã professus, non Pontificis tantum
potestatẽ, sed dogmata etiam nonnulla in dubiũ
reuocare, ac tandẽ etiã conuellere cœpit, &
quosdã etiã Principes viros in suã sententiã per-
traxit: vnde enatæ dissensiones Carolo Impera-
tori quamdiu vixit, non in Imperii tantũ, sed etiã
Belgii administratione multum negocii facessi-
uerunt. Bella Carolus plurima gessit, Neapo-
lita-

Eligitur Imperator.

num & Siciliæ Regna, Ducatum Mediola- *Eius res gestæ.*
sem, etiam in Africa Regnum Tunetanum,
Belgio territorium Vltraiectense & Trans-
anum, Henrico Bauaro Episcopo vltrò ce-
te; ac paullo post Carolo Ecmondano è vi-
sublato, Geldriæ Ducatum, Groningensem
Cameracensem agrum ad Regna & ditiones
imonio acceptas adiunxit; Indias, & Ame-
m & Peruanam auspiciis suis per legatos
egit, Clementem pontificem, Franciscum
liarum Regem, Nauarræum, Saxonem, Hes-
, captiuos, Cliuensem, ac cæteros fere om-
Germaniæ principes protestanteis supplices
uit: Princeps ea pietate, modestia, animi
gnitudine, potentia, dignitate, sapientia,
perpetua quadam felicitate, quales pauci
n bus retro seculis extitisse leguntur. Idē
eas tantum regiones quæ ante in fide &
ntela Imperii semper fuerant, sed vniuersū
gium Anno millesimo quingentesimo quadra-
imo septimo in Comitiis Augustanis in clien-
am Imperii dedit, ea conditione vt tributum
dem quantum duo Electores in sumptus pub-
os, in Turcicū vero bellum tantū quantū tres
ctores conferrent, suo tamen iure, suis, non
perii legibus vterentur; iisdem nihilominus
uilegiis, iisdēque auxiliis, quibus ceteræ Impe-
prouinciæ fruerētur. Sed huius Imperatoris
datissimi res gestas describere nec instituti no-
i est, nec viriū: in quo labore etiam alii excellē-
ribus naturę donis prędit nó infeliciter desu-
ūt. Carolo ex Isabellæ Lusitanæ matrimonio
lladoleti in Hispania filius natus est, Philippus
mine, anno M D X X VII. ac duæ filiæ; quarum
maior

maior natu Maria Maximiliano, Imperatori pos
ea, Ferdinandi filio; altera Ioanna Emanue
Lusitaniæ regi nupsit, è qua Sebastianus natus es
is qui in Africa à barbaris cæsus fuit. Ex his Ph
lippum filium vnicum tantarum opum hereden
Cæsar vitæ melioris ac quietioris cogitatio
suscepta, ex Hispania euocauit, & is quidem
Italiam primum traiecit, deinde per Oenipo
tem, Monachum Vindelicorum, Vlmam, Haide
bergam, Spiram Nemetum quum iter habuisse
quibus omnibus locis à Ferdinando patruo, A
berto Bauaro, Mauritio Saxone, Palatino, & c
uitatibus magnifice exceptus est, demum per L
tharingiã, Luxemburgũ, & inde tandẽ Bruxell
Kal. Aprilis magno comitatu ad Patrẽ peruen
à quo peramanter acceptus, ac deinde per præc
puas vrbes Belgij, ad accipiendũ & præstandu
iuramentum, est circumductus, tanta populi n
uo Principi gratulantis & felicissima quæque a
clamantis alacritate, vt soli Antuerpienses, ap
quos X. Septembris à rege Philippo, vt Braba
tiæ Duce, sacramentum vltrò citroque dictũ e
& acceptum, ducenta & nonaginta aureorũ m
lia in arcus triumphales aliaque quæ ad solenn
tatem illam condecorandam pertinent, insum
sisse scribantur. Sic igitur Belgicarum prouinc
arum imperio inauguratum filium Cæsar in Ge
maniam ad comitia Augustana reduxit, vt pr
sentem eum Imperij Principibus commendare
sed quum eam rem Ferdinando fratri numero
masculæ subolis patri, minus gratam animadue
teret, in Hispaniam eum anno sequenti remis
Antequam Cæsar Austa discederet XIX. Kalen
Maij edictũ grauissimum in Lutheranos ante pr
mulg

Philippus II.

ulgatum repetijt,quo & eos libros qui Theolo-
rum Louanienſium indice non continerentur, *Motus ob*
gere, aut quoquo modo habere , conuenticula *religionem*
m occulta obire, de S. Scriptura diſputare, aut
m interpretari , Sanctorum imaginibus ludi-
ium aut vim inferre , aut tale quid aliud con-
a maiorum religionem facere prohibebatur,
ena in viros & feminas capitis, ſi ab errore re-
ıſcant, ſin pertinaces fuerint, in viros exuſtio-
s, in feminas defoſſionis in terram ,atque vtro-
ıe caſu publicationis bonorum propoſita . eo-
em edicto in ſuſpectos multa & grauia conſtitu-
ıtur,inquiſitoribus & eorum iuriſdictioni data
mma poteſtate, vt non plebeios tantum, ſed e-
am magiſtratus ad ſe in ius vocare, & interpo-
o iureiurando cogere poſſint , vt ad interroga-
reſpondeant,compertaque deferant; præmiũ
iam partis delatoribus propoſitum . Sequuta
ein ſunt ea tempora quæ magnis motibus cau-
m dederunt. Nam & Mauritius Saxo maternus
erois noſtri auus, & alij quum fruſtra iamdiu
ım ipſi apud Cæſarem pro captiuo Landgrauio
ıterceſſiſſent,& aliorum interceſſionibus,atque
ıter ceteros Philippi Cæſaris filii vſi eſſent, eius
er vim liberandi conſilia inierunt; & Galli à
lauritio & ſociis , vt creditur, inſtigati, Metim,
'ullum, ac Virodunum,Imperii oppida interce-
erunt, & in claſſem Belgicam ex Hiſpaniis ve-
ıentem impetum fecerunt, multis nauibus cum
ngenti præda Diepam abductis. Cum Mauritio
: ſociis Cæſar pacificatus , omnẽ vim in Gallos
onuertit, & Terouana & Heſdino captis, ſolo-
ue æquatis, fruſtra dein tentata Meti , varia
ortuna cum iis bellum geſſit. Interea Eduardus
Angliæ

Angliæ Rex moritur annos natus XVI. qui VII. patri superuixisset : post cuius morte Maria regina Pontificiam religionem restit it, omniaque superiorum Regum qui à Ponti ficis desciuerant obedientia, decreta rescidi Cæsar eam rationem rebus suis suorumque sta biliendis commodissimam fore ratus, filio au ctor fuit, vt Mariam Angliæ Reginam, quam uis tanto Regi imparibus conditionibus, in ma trimonium duceret; quo Anglis, inueterati Gallorum hostibus; vel ad bellum sociis, ve ad pacem interpretibus vteretur. Interim Gal liæ Rex cum exercitu è Campania descendens Bouinas, Dionantum, & Mariæburgum capit quo tempore quum acerbius aliquanto dele ctus Antuerpiæ haberentur; præfectis militia onus vel inuitis ciuibus imponere conantibus repentina nata est seditio, quæ tamen in ipsa herba facile est extincta. Quum de pace men tio, nequicquam Polo Cardinali, cuius An gla in restituenda religione & expiando regno opera vsa fuerat, satagente, frustra fuisset in iecta: Cæsar Gulielmum Nassouium, Arausia num Principem Mauritij patrem, cum magnis copijs contra Gallos misit, sed nihil amplius effectum quam quod Gallis retrocedere coa ctis, Carolomontium & Philippi-villa finibus muniendis, conditæ sunt. Eodem Anno IV. Septembris Philippus ex Anglia Bruxellas ad patrem venit, qui humanarum rerum pertæsus Imperio se abdicare, atque omnia regna ac ditiones Philippo filio tradere constituerat; indicto ad vigesimumquintum Octobris Bruxel las Ordinum conuentu. Quum dies constitu

Philippus II. Belgii Princeps inauguratur.

tus

aduenisset, Cæsar mane Philippum sodali-
velleris aurei equitum Principem ritu solem-
licit, ac post meridiem in amplissimam pa-
jaulam Gulielmi Nassouij humeris innixus,
ressus, frequenti senatu magnaq; nobilium &
niũ corona medius inter ipsum Philippum &
riam sororem, Hungariæ Reginam viduam,
im consedisset, diploma Latine conscriptum
Philibertum Bruxellum publicè recitari iu-
, in hanc fere sententiam: iustis & grauibus
sis decreuisse se in Hispaniam quamprimum
igare, ibique vitæ reliquum pacate & tran-
lle exigere, Belgicarum regionum iure, do-
io ac possessione in filium, iam ætate ad res
endas idoneam translatis. velle igitur ac iu-
e vt eidem omnes in quos sibi fuerat impe-
m, vt legitimo principi ac dominio pareant,
fidem sacramento obstringant, remisso quo
obligati sint obsequij iureiurando, ea lege,
s alienum æs omne in ijs rebus quæ ad Bel-
m spectant, contractum, dissoluat. Reci-
o diplomate, ipse orationem ex scripto, vt
moriam subleuaret, lingua Gallicà habuit,
a totius vitæ superioris repetita serie, reipub-
e Christianæ vtilitatem vnice iam à prima æ-
e spectasse, eoque actiones suas omnes & con-
a direxisse, neque ocio aut priuatis volupta-
us vel minimum temporis spacium dedisse
nonstrat; præcipitante demum senectute,
atis prouincijs, secedere statuisse; & quod
norum restat, Deo & sibi viuere. petere igi-
ac mandare, vt filio, quem vicem suam
ncturum relinquat, honorem, obseruantiam,
em, quam sibi hactenus præstiterint, vti de-
beant

beant, præſtent. Quum Cæſar peroraſſet, Ph
lippus filius aſſurgens capite detecto circu
ſtantes ſalutat, progreſſuſque ſeni parenti
ctam dexteram venerabundus & in genua pr
cumbens deoſculatur: viciſſim pater eum p
amanter complexus, communi ſalutis omniu
Chriſtianorum edito ſigno, nominibuſque
Trinitatis expreſſis, tanquam fauſto recte g
rendi Principatus auſpicio, bene precatus e
præcepitque ante omnia cultum & timore
numinis vt nunquam abijceret, præcipuam r
ligionis conſeruandæ rationem haberet, legu
ac iuris auctoritatem tueretur: has eſſe bene
feliciter regnandi artes. heic quum Philipp
ſe Dei Optimi Maximi ope fretum, & amant
ſimi patris monitis probe inſtructum quæ ma
data erant diligenter curaturum, demiſſa a
modum oratione cõfirmaret, viſus eſt illachr
maſſe Cæſar, ſuoque exemplo à circumſtan
bus proceribus lachrymas expreſſiſſe; quu
diceret, miſereri ſe cariſſimi filij vicem, cui
humeris tam graue onus incumberet. tum Ph
lippus, ſe quidem Gallicæ linguæ non ignaru
ea tamen non ita explicate loqui teſtatus, p
Antonium Perenotum Granuellanum, Atreb
tum Epiſcopum, longa oratione mentem ſua
& voluntatem declarat, & Gallis qui æquas p
ternam, pro supra à me nominatis, & con-
ditoribus, eorumque animabus fundere
preces fideliter velint, & recita-
re Pater noster & Aue
Maria, Amen.

MAVRITIADO

LIBER III.

MAVRITIVS NASSOVIVS PATI in Gubernatione sufficitur. Ab eodem Axela Flandria recipitur. Senous & milites in Vestf sia tumultuantes ad officium reducuntur. Classis I spanica profligatur. Bergopsoma à Parmensi obs sa defenditur. Thena in Brabantia diripiunt Breda strategemate intercipitur. Nordamum Mansfeldio frustra oppugnatur. Sutphania, Da uentria Hulsta, Neomagum, Stenouicum, Otmarsia Couordia, obsidentur atque expugnantur.

Mauritius Nassouius gubernacula suscipit.

HIs maioribus orto, atq; hoc pat prognato Mauritio Nassouio xv ætatis annum agenti, patre De phis humato, & magnifice per ctis exequijs, Hollandiæ, Selanc Frisiæ, & Vltraiectinæ ditionis gubernacula v cum rei maritimæ Præfectura tradita est, eiq adiunctus Legatus siue Vicarius Philippus C mes Hohenlorius. Gallicis auxilijs destituti tú Hollandi cum socijs ad Angliæ reginam con geran t, quæ misso Roberto Dudleio, patrocir um eorum susceperat: sed nihilominus Orc num res, expugnata Antuerpia, & plerisq; prou cijs ad Hispanorũ obedientiam reductis, magn in angustijs versabantur. Nouesiũ tũ Parmen obsidebat: ad cuius conatus aliò diuertend

Philip

ippus Sidneus in Flandriam traiectis copii . Iulij Anno MDLXXXVI. noctu Terneusa ecti, Axelam Flandriæ, duobus Huista, & qua- Gandauo distans, oppidum, immisso clam murum à flumine diuisum milite, intercepe-, sine vlla fere suorum cęde, quamuis quatu- editum signa ibi in præsidio essent. Egressi ide circumiacentia quoque munimenta in n potestatem redegerunt, & vt contra obsi- iem tutum oppidum redderent, perforatis eribus; depressiora loca inundarunt. Hac oria duplicem fructum Mauritius consequu- est. Nam & Flandris non mediocrem in- it metum, adeo vt Parmensem quoque litte- xhortari non dubitarint, relinqueret vrbem a Belgij limites in Imperij solo positam, ac potius laborantibus subueniret: & Lamot- Ostendam qua vi quà fraude & occultis præsidiariorum nonnullis, machinatio- is oppugnantem, re infecta discedere co- .

Axelam intercipit.

ecundum hæc Leicestrius, negligenter ad dum in Belgio constitutis rebus, in Angliam ersus est: per cuius absentiam confederatæ uinciæ ingentia damna acceperunt, eam cime ob caussam quod vrbium & arcium fectis imperandi ius sibi reseruasset. Hinc um vt quamuis Ordinis multa quorundam regijs consilia subolfacerent, ijs tamen urrere non potuerint, quod præfecti non nisi Leicestrij mandato præsidia & loca custo- suę tradita relinquere vellent. Ita Marchantus lus, Voudam arcem munitissimam, Freminio

Prodita Belgii oppida.

collega, quicum inimicitias exercebat, que
que apud Ordine accusarat, Hagam Comi
purgandi sui profecto, Parmensi acceptis vigi
ti florenorum milibus tradidit. Dauentriæ pr
fecturam gerebat Gulielmus Stanlæus, à Lei
strio inuitis Ordinibus constitutus. Hic p
Leicestrij abitum cum Taxio Sutphaniæ gu be
natore de restituenda in regis potestatem vr
egerat: quod subodoratus consulum quida
Ordines statim periculi admonuit. Sed quid
cerent? Stanlæum quamuis euocaretur, nō p
riturum sciebant, Leicestrio datum iusiurandu
caussantem: vi autem expellere multo peric
losius videbatur. Quare rem astu tractare ins
tuunt, misso Noritio inter Anglos magni n
minis tribuno, cui non dubitabant quin mag
præsidiariorum pars se adiunctura esset, & ho
ac ciuium ope Stanlæum comprehendere & v
bis securitati prospicere iusso. Sensit insidi
Stanlæus. Quare Noritium in itinere iam e
audiens, præsidiarijs persuadet, constituisse
ues eò quod stipendiorum solutionem exiger
ipsos inuadere atque opprimere: proinde se q
primum maiora sociorum auxilia adducturu
interim ipsi diligenter excubias agerent, &
uium conatus obseruarent. Sic igitur consce
equo sub vesperam XXVIII. Ianua. rectà Sutph
niam profectus sequenti mane ad portam rurs
adfuit, & à suis intromissus, vnà Taxiū cum se
centis peditibus, & equitibus trecentis intr
duxit. Ciuibus Taxius vrbe iam potitus cons
stim arma ademit, ceteroqui satis humanit
habitis: Anglis vero & Hibernis Hispaniaru
regi militare volentibus stipendia liberalit
promis

Dauentria.

misit; detrectantibus liberum abitum con-
ſit. Stanlæus edito in publicum ſcripto, apud
atores, ciues & milites factum ſuum purga-
, turpe & ignominioſum proditionis nomē
ratione à ſe amoliens, quod Hiſpaniarum
i vrbem hereditatis iure debitam reddidiſ-
idque facere vrgente conſcientia, iamdu-
n conſtitutum habuiſſe. Stanlæi nunciata de-
tione, Iorcus propugnaculi ad Sutphaniam
tos, quod & ipſe iamdiu atque adeo ante
nlæum meditatus, ſed de militum voluntate
ertus tentare auſus non fuerat, perficiendum
ſtatuit; aduocatiſque ad concionem præſi-
rijs, fruſtra ab Ordinibus eos ſtipendia ex-
ctare dixit, quæ & certiora & opulentiora
Hiſpaniarum rege offerrentur. Hanc oratio-
n & conſilium pleríque Anglorum non in-
i acceperunt; ſtatimque detractis ex haſtili-
s vexillis, ad Taxium tranſierunt, præter duo
garum ſigna, quibus quo vellent abire per-
ſſum eſt. Ex his alijſque quæ metuebantur in
is in prouincijs confederatis orta eſt trepida-
, tantum vero vulgi in Anglos exſtitit odium,
publico edicto voces, quæ amarulentia plenæ
ſſim ac palam contra eam gentem iaciebātur,
npeſcendæ fuerint, quo paucorum ſecus
ta ad omnium inuidiam trahenda non eſſe
monſtrabatur: quum inter omnes nationes
probi bonis ſint permiſti. Porro habitis ad VI.
bruar. Hagæ Comitijs, Mauritius Hollandiæ
Selandiæ gubernator, ne quid reſpublica
trimenti capiat, prouidere iuſſus eſt, man-
tumque omnibus paſſim militibus, ijs ma-
ime qui prouinciarum ſtipendia merebant, vt

Mauritius Naſſouius.

 eidem

eidem ſacramentum dicerent, non quidem
Leiceſterij dignitatem minuendam, ſed re
cienda ea quæ hactenus multa contra prouir
arum iura & priuilegia facta eſſent. Inde li
ræ ad Leiceſtrium in Angliam miſſæ, quer
rum plenæ, hoc fere argumento: Poſt trad
in reginæ clientelam prouincias à Leiceſt
magna omnium ſpe reipublicæ adminiſtra
nem ſuſceptam, ſed initio, quod ſalutari
Ordinum conſilijs nouorum atque ambitio
rum hominum perſuaſiones antepoſuiſſet,
cordiæ atque inde multis incommodis fe
ſtram apertam. illius primam cauſſam fu
roſatorum nobilium (monetæ genus eſt) A
ſterodami cuſorum valorem: è quo ingens q
ſtus in publicum ærarium potuiſſet inferri,
homines quidam ſuæ magis quam publicæ
ſtudioſi obſtitiſſent. Dein paullo acerbius
rundem inſtinctu decretum eſſe promulgatu
quo commerciorum vſu interdicto prouin
tam ad publicam quam priuatam rem con
uandam omnia fere erepta fuerint ſubſidia. P
ore quidem anno ſpem factam, fore vt conſ
pto è Germania milite hoſti occurratur, &
caſtris eijciatur, quorum artibus ea milit
conſcriptio impedita fuerit hactenus ſe diui
re, nondum vero certo ſcire potuiſſe. Delec
auxiliarium Anglorum hactenus nullos aut
gligenter admodum habitos, multiſque ſtip
dia ante tempus, vtpote tertio poſt menſe
mum armis & equis inſtructis, ſoluta non ſi
grauiſſimo prouinciarum damno. In hos en
inutiliter conſumta regia pecunia, ceteror
ſtipendia tardius proceſſiſſe, quibus deſtit
mul

ltas miserias perpessi, & incolis prouincia-
n graues fuerint. Ad publica munera assum-
homines minime idoneos, quorum opera
ectum sit vt contemto legitimo magistratu
rij iuris ignaros rerum fere omnium arbitriũ
nlerit: qui contra iura & priuilegia multos
am patriæ amantissimos ciues in exsiliũ ege-
t, & pleraque alia tyrannice administrarint.
ijsdem in dubium vocatam esse, multisque
umnijs perstrictam Ordinum, atque etiam
gularium prouinciarum gubernatorum au-
oritatem, passim quoque subornari qui ad
mmittendas inter se prouincias omnia spe-
entur & moliantur. Vrbes & arces limita-
as eorum potestati commissas quos iustis de
ussis semper suspectos habuerint; sed tan-
n his Leicestrium tribuisse, vt vadimonio pro
is obstringere se voluerit. horum & simili-
n artibus restrictionem illam potestatis Or-
num consilio paullo ante abitum à Leicestrio
republica administranda concessæ procusam,
æ maximis calamitatibus caussam dederit,
auentria à Stanlæo, & Sutphaniensi propug-
culo ab Iorco proditis. Horum enim ma-
inationes satis quidem mature præuisas, sed
erti non potuisse, quod summũ imperij ius
eicestrius secum in Angliam transportasset.
is de caussis quod superiori tempore iure fa-
ere potuerint, sed reuerentia quadã & certa
ptimę ipsius voluntatis fiducia hactenus facere
eglexerint, vt scilicet maiorũ exemplo, ijs quæ
cus & perperã in republica administrarentur,
se opponerent, nunc facere cogi; sperare vero

id ipsum, quo vni prouinciarum salus continea-
tur, malam in partē non accepturū, sed manda-
turum potius militibus & præfectis, vt ijs quibu
Ordines publica munia demandaturi sint obedi-
entiam præstent.

Contentio hæc inter Anglos & Belgas, & v-
triusque partis asseclas non verbornm tantū acer-
bitate, sed multis quoque factorum iniurijs agi-
tata est, quoad Leicestrius, iubente Regina, im-
perio sese abdicauit: in qua Mauritius miram a-
nimi tam prudentiam quam magnitudinem ostē-
dit, adeo vt ipsa quoque Regina approbante, ge-
neralis Præfecturæ munus ab Ordinibus ei fueri
demandatum. Etsi vero Leicestrius, vti diximus
gubernationis munere sese abdicarat: multi ta-
men erant tam è ciuibus quam militibus qui re-
ditum eius promouere, nec cuiusquam quā illius
imperio parere velle videbantur. Hinc varijs in
locis seditiones exortæ sunt. Medenbliccæ (quod
maritimum Nordhollandiæ siue Vestfrisiæ est
oppidum) cum sexcentorum circiter militum
præsidio Sonoyus erat, multis expeditionibus
fortiter fideliterque administratis clarus, eoque
Arausini Principis, cui omnia sua debebat, com-
mendatione, Nordhollandiæ præfectus. Hunc
inter & Mauritium Nassouium superiori tempo-
re ob recusatum, per absentiam Leicestrij Mau-
ritio gubernacula suscipienti, iuramentum, diffi-
dium ortum fuerat: quod tum quidem Buchur-
sti interuentu compositum, postea recruduit.
Sonoyus enim & cohortem Villersij è captiuitate
non ita pridem reuersi, à Mauritio missam, & ip-
sum cum Hoenloio & vtriusque familia oppido
exclusit, & militem ab Ordinibus euocatum reti-
nuit:

Medenbliccа.

it: qui mox seditione excitata non ciues tantū, rum etiam vicinos pagos multis iniuriis vexit. Tandem obsesso sub finem Februarii à Mauii copiis oppido, præsidiarii inspectis de Leiceii abdicatione litteris, discedendi facultatem petrarunt, Sonoyus vero purgandi sui caussa cmariam profectus est. Eodem tempore Heusæ & Gertrudebergæ præsidia itidem tumultua- coeperunt: quorum oppidorum posterius mi- um perfidia dominum postea mutauit. Inter ısselium quoque Vlissingæ præfectum & Ordi- s, Mauritium inprimis, diffidentiam primum, ıstremo, inimicitias quoque aliquamdiu alue- nt quæ prius incenderant hominum quorundā, nglorum res, vti putabant, promouendi studia, leo vt Russelius Campouera & Armuda in suas rtes attractis, milites in Valachriam ab Ordi- bus missos descendere prohiberet. Multis lit- ris atque internunciis res vltro citroque acta t, adeo vt Regina quoque se immiscuerit, & os nimis rigide ab Ordinibus tractari conque- a sit: ad quam Mauritius tum quoque litteras isit, expostulans quod oppida sua patrimonia- a, Campoueram scilicet & Gertrudebergam, nde annuus ipsi fuerit quadraginta miliū flore- orum census, miles Anglus, sub prætextu ad eginæ ista atque alia vtilitatem fieri, detineret, imul quod à Russelio quasi Vlissingæ insidias noliretur, insimulatus esset. his de iniuriis ro- gare quamprimum, quod periculum in mora sit, ibi satisfiat. Regina considerato rerum statu, etsi non deerant qui oleum igni, quod dicitur, uffundentes, suorum vires in Belgio augendas otius quam minuendas dicerent) & periculo

Gertudeberga prodita.

quod tam ipsi quam confederatis prouincijs & ab Hispanica classe, & omnium maxime ex intestinis his dissidijs impendebat (cuius eam tum Hollandi admonuerant, cusis numis, in quorum vno latere duo boues arabant, Angliæ & prouinciarum insignia præferentes, cum inscriptione, TRAHITE AEQVO IVGO, in altero ollę duę mari innatantes depictæ erant, cum inscriptione, FRANGIMVR SI COLLIDIMVR) & Mauritio & Ordinibus peramanter respondit, & suis vt in reducendis ad obedientiam oppidis Ordinibus præstò essent, seriò mandauit.

CLASSIS HISPANICA PROFLIGATA.

Classis Hispanica.

POSTQVAM Hispanicæ Rex viginti iam & eo amplius annos bellum in Belgio gessisset; tandem ad Angliam vnde Belgæ auxiliæ accipiebant, domandam animum adiecit. Sic igitur ingens & stupenda classis, ab Hispaniarum rege per triennium ferè apparata, tanta rerum omnium abundantia instructa vt alter quidam orbis nauigare videretur, exeũte Maio Vlyssipona soluit. constabat in vniuersum centum & quinquaginta nauibus admirandæ magnitudinis, quarum similes in freto Anglicano numquam antea visæ erant. His vehebantur supra viginti classiariorum milia, nautarum vero milia erãt octo, in hunc numerum non veniunt nobiles volũtarij, qui suis sumtibus sponte tam celebrẽ expeditionem

nem sequuti sunt, regi operā & fidē insigni alio facinore probaturi. tormentorū exære fusili mille erant sexcenta; è ferro mille plus minus; globorū cērum viginti milia: reliqui apparatus bellici vis immēsa. Præfectus supremus fuit Ludouicus Perefius Gusmannus, Dux Medinæ-Sidoniæ, thalassiarchus Ioānes Martinesius Ricaldus, Franciscus Bouadilla Marescallus primarius. Inquisitionis muneri prçerat Martinus Alarconius, plus quam centum monachis comitatus. cetera nimis longū heic sit nobis recensere. in Flādria quoque à Parmensi magni fiebant maritimi apparatus hic inter alia canalē Iperensem (Iperleam vulgo) adhibitis operi hominū aliquot milibus profundiorē fieri curauit; vt Antuerpia & Gandauo Brugas naues, atque inde in portū Exclusanum traducerentur: Dunquercæ viginti naues bellicas, Neoporti ducētas, Vatenæ septuaginta hippagines instruxit, conquisitis vndiq; Hamburgo, Emda, Brema, nautis atque epibatis. Non procul à Neoporto idem exercitum collegerat, Camillo de Monte ductore, in quo triginta erant Italorum, decem Gallorum, octo Scotorum, ac totidē Burgundorum cohortes. Altera exercitus pars ad Dixmudam consedit, ex octoginta Belgarum, sexaginta Hispanorū, sex Germanorum, septem Anglorum signis constans. In suburbijs Cortraci & vicinis locis collocata erant quatuor equitum milia: Vatenę vero nongenti circiter equi helciarij ad subuehenda quādo exscęnsio facta esset, è nauibus tormenta bellica, profectionis tempus exspectabāt. Atque vt non carnalibus tantum sed etiam spiritualibus armis Angla opugnaretur, Sixtus V. P. R. misso in Belgium Gulielmo Alano Cardinali ex-

commu-

excommunicationis bullã contra Angliæ Reginã diuulgauit, qua ſententiam à duobus prædeceſſoribus ſuis Clemente VII. & Paulo III. in eam latam confirmat, regia eam dignitate ſpoliat, ſubditos obedientia ſoluit, vt dignum de ea ſupplicium ſumatur omnes anniti iubet. Diu omnium animi ſuſpenſi hærebant, quo ſe tantus apparatus conuerſurus eſſet. alii contra Belgas, alii contra Anglos, nonnulli ad deducendas tuto ex Indiis venturas naues paratam claſſem dicebant: tandem Angla à Galliarum rege monita diligentius ſe ſuumque regnum munire cœpit, conſcriptis vndique copiis & nauibus ad bellũ inſtructis. Quia vero motum inteſtinum metuebat, Recuſantes (hos vocant in Anglia qui proteſtantium ſacris, quod ſemel quoquo anno ſingulis per leges faciendum, aut mulcta ſoluenda eſt, omnino intereſſe recuſant) alioſque ſuſpectos in Elienſem & Visbichienſem paluſtres admodum & aditu atque exitu difficiles regiones relegauit, quoſdam etiam per epiſcoporum ædes diſtribuit: tum vtramque Tameſis ripam propugnaculis muniit, copias per vniuerſum regnum diſpoſuit, atque ipſa in caſtris obequitans exercitum luſtrauit. Hollandis & Selandis non tam Hiſpanica claſſis quam Parmenſis apparatus formidabilis erat, non ignari illam mari tam vadoſo atque anguſto ſine hoc parum effecturam. Quare naues omnes præſidiarias (ad nonaginta tum erant) milite ac cetero apparatu quam optime inſtructas ad Flandriæ litora obſidenda emiſerunt: quod tanta diligentia factum eſt vt Parmenſis claſſem in mare ſubducere non potuerit, à quo vno omnis prope victoriæ ſpes pendebat

ndebat. Ad classem Hispanicam reuertor, æ ad coronam Galliciæ promontorium fœ- tempestate vexata, tres actuarias triremes a- isit. Classe enim dispersa, Anglus quidam mex, Dauid Guinus nomine, effracta catena socijs aliquot liberatis, præfectos militesque nnes occidit, atque ita vna potitus, reliquas ias triremes tempestate vehementer afflictas bellauit, & Baionam in Galliæ portum per- axit, incertum maiore audacia an meliore for- na. Vicesimo primo Iulij die, classis è portu oronensi egressa ad XXIX. vsque nauigans, tan- em ad fauces freti quod est inter Angliam & alliam peruenit, moxque à catascopio An- icano conspecta fuit, rectà versus portum Pley- uthensem cursum dirigens: à quo quum non rocul abesset, substitit, celocibus interim emis- s quæ Parmensi nuncium perferrent, & vt quā- rimum classim suam ad descensum necessa- iā adduceret hortarentur. Sunt qui existiment in prædictum portum statim impressionem ecissent Hispani, maius operæprecium factu- os fuisse: sed à rege mandatum erat vt cum Par- ensi se coniungerent, atque ita iunctis viribus Angliam descenderent. Nuncio hoc accepto, Carolus Hauardus maris in Anglia præfectus, & Franciscus Draco hostilem classem leuibus rimum velitationibus salutant, mox maiori onatu fortunam periclitantur: propitii venti uras captantes quam proxime accedunt, & nox læuum latus in hostem obliquantes, dein- de dextrum obuertentes, tam crebris tormen- orum ictibus hostilem classem conuerberant, t totius eius acies necessariò in angustum con-

trahenda

trahenda esset, & equorum instar suas naues summa agilitate circumrotantes, & momẽto fere nunc dextrum nunc læuum latus elibrandis commodissime tormentis in hostem dirigentes, plurima damna naumachiarijs Hispanis denuo inferunt. Cruentissima omnium hæc fuit pugna, in qua ingens nauis Veneta cum minoribus aliquot ab Anglis est expugnata. Augebatur interim magis magisque Anglorum classis, ad quam ex omnibus regni portubus naues & viri magno numero confluebant, adeo vt classiariorum & nautarum numerus ad vndecim millia æstimaretur. Die Augusti tertio, quia placidum erat, & tranquillum mare, vehemens Anglis fuit cum galeatis Hispanorum nauibus pugna, quarum, licet remis agerentur, impetum fortiter illi sustinuerunt, mox deliberatione habita, classem in quatuor partes distribuere constituerunt, quarum primæ ipse Hauardus thalassiarchus præesset, secundam Draco, tertiam Forbisherius, quartam Hauckenus regeret. Illucescente die IV. Augusti acerrimus iterum conflictus geminatis tormentorum fulminibus, exortus est, in quo maiores Hispanorum naues vehementer laceratæ, nonnullæ submersæ & ab Oceano sunt absorptæ. Quinto August. tanta fuit iterum malacia, vt nihil vtrinque potuerit tentari: eodem nauiculæ exploratoriæ ad Angliæ thalassiarchum retulerunt in Gallia omnia tranquilla esse (Guisianos enim Angli metuebant) passim vero de Anglia iam ab Hispanis debellata rumorem circumferri. Proximo die Hispani classem Galliç litora versus promouẽt, & ad Caleti portum fixis anchoris promissas à

Parmensi

rmensi auxiliares copias præstolantur. Heic
ngli, qui nihil magis metuebant quã duarum
assium coniunctionem, Hispanos quos vi non
terant, strategemate de statione pellere ten-
runt: quod quidem feliciter illis successit.
cto enim naues viliores exinanitas puluere
lfureo, pice aliaque materia ad concipiendũ
alendum ignem idonea repleuerunt, easque
rmentis instructas & incensas VII. Aug. hora
cunda post noctis meridiem vento & æstu se-
ndis contra hostilẽ classem emiserunt. tanta
nc Hispanorum ora est trepidatio, vt amputa-
rudentibus & expansis velis extemplo pro se
isque effugere & in apertũ Oceanum recipere
laborarit. In hac trepidatione ingens triremis
leata prætoria (Capitanea) alterius cuiusdam
uis rudentibus ita intricata fuit, vt nautis ex-
dire se conãtibus clauus fractus fuerit & amis-
s: vnde quum regi amplius non posset, fluctuũ
ad Caletanum litus propulsa, & vado adhæ-
ns ab Anglorum celocibus diu eminus oppu-
ata fuit. quarũ vim quum magnitudine sua &
bore facile eluderet. Angliæ thalassiarchus
ctissimos aliquot milites firmiori naui impo-
tos suis auxilio misit. Sed & horum impetum
iu sustinuere Hispani, donec tandem Hugone
oncada & huius & aliarum triũ galeatarũ pre-
cto, cũ multis classiarijs occiso, ceteri plerique
ẽs in mare desilierũt, in quo tamen maior pars
ndis submersa perijt; pauci vero in litus euase-
ũt. Captã nauim & direptã (quinquaginta duca-
orũ milia heic signatæ pecuniæ reperta scri-
unt) solutis ad remos sedentibus mancipijs,
ngli incendere volentes à Caletano gubernato
e prohibiti sunt, quo altera alteri presidio &
propug

propugnaculo foret. hinc factum vt primę ma
gnitudinis nauis galeata, qua Petrus Valdesiu
vehebatur, è vehementi alterius nauis collis
one malo fracta & antennis deturbatis, quu
classem subsequi non posset, in Francisci Dr
conis potestatem sese dediderit. Valdesius
Dracone humaniter habitus, vniuersas ei H
spanicæ classis vires exposuit, plurimumqu
Anglorum audaciam mirari se dixit, qui ta
paruis tamque paucis nauigijs tantam classe
adoriri non dubitassent. In hac naui præter e
pibatas circiter quingentos deditios, inger
pecuniæ vis, vasa argentea, cimelia & varia nau
tica supellex capta, & cum naui ad Britann
cum litus abducta est. Eodem quo Valdesius ca
ptus est die, Calendis scilicet Augusti, vniu
maiorum nauium, cui Michael Oquendus pra
erat, flamma correptum superius tabulatur
cum plerisque epibatis conflagrauit: quod eiu
reliquum fuit, Angli itidem in patrium litu
abstraxerunt. Ea nocte Hauardus thalassiarchu
lucerna deceptus, vbi illuxit, in medios hoste
delapsum se vidit. quem vt aggredi sibi licere
Hugo Moncada multis precibus à supremo prę
fecto, qui mandati limites ne in minimo qui
dem transgredi volebat, impetrare non potuit
vnde ille elabendi tempus nactus, cum suis pau
cis interim aduenientibus rursum se coniunxi
Ventus tum ab Aquilone flare cœperat, cuiu
aura propitia prouecti Hispani aliquanto ala
crius prœlium inierunt, ita densis tamen sem
per ordinibus vt magis defēdere se quam inua
dere alios velle facile appareret. Quare Angl
tanto animosius sese hosti obijcientes, eisder
ven

rtum anteuertunt, ne inde damnum aut prę-
icium oppido nasceretur. Iam classis e fuga
lecta in ordinem se receperat, magno tamen
metu ob breuia & vada fretique angustias
sabatur: quum Angli venti beneficio naui-
que suarum agilitate freti magno iterum ani-
eam aggrediuntur, heic quoque Hispaniæ
ssis Imperator ceteras omnes commoditates
ittere quam seruatum hactenus &, à rege sibi
ndatum ordinem mutare, aut vires distrahe-
naluit, vnice in Parmensis aduentum inten-
: qui votis prius D. Semper virgini Hallensi
Iannonia nuncupatis, eo die Dixmudam ve-
at, ac postridie Dunquercam profectus mag-
diligentia ad expeditionē se comparabat.
æ vero res inprimis conatus eius remoraban-
; Selandicæ scilicet classis ad portum excu-
ntis metus, & nautarum ac reliqui apparatus
odum comportari penuria. Valde hæc mora
glis profuit, qui ad Grauelingam vsque Hi-
niam classem insequuti continuis tormento-
n ictibus præcipuas è nauibus ita perforarunt,
multæ nimis fatiscerent, nonnullæ etiam in
fundum irent, inter alias Galliciensis quæ-
n, quam Crossius Anglus oppugnabat, quū
ia vndique irrumpen e iam iam submersum
videretur, & è præfectis quidam delendam
n hostibus suaderet, à centurione adstante è
tigio est interfectus, quem vicissim occisi
ter pugione transfodit: dum interim nauis
n viuis & semimortuis subsidit. Eadem no-
duæ Galeonæ (visitatis differentiæ caussæ vtor
minibus) Matthæus & Philippus à classe de-
tæ ægre, quadragenis viris continuo sentinam

exhaurientibus, ab interitu se tuebantur. M
thæus, in qua Franciscus Toletanus imperab
velis remisque ad Flandriæ littus quam proxi
accedere contendebat, sed vadis obstantibus p
mores in scapham insilientes, circa Ostend
exscenderunt, ceteris relictis, qui deinde vna
captiua naui à Selandis Vlissingam abducti fu
Similis Philippi, sed non Didaci Pimentelli
ei cum imperio præerat, fortuna fuit. Nam
& illa & quidquid in ea fuit, eodem fere temp
re in Hollandorũ potestatem venit. Tot iactu
iam debilitata classe, & magno ab hostibus, n
iore tamen à tempestate in freti illius pericul
sissimi angustijs impendente metu; Dux Medi
Sidoniæ omnia nauibus vela indui & in alt
prouehi iussit. Ita classis Flandriæ litus præt
uecta & mare Deucaledonium ingressa, Ang
insequentes etiam tum suspensos habuit, ar
trantes Hispanos in Scotia forte excension
facturos. Tum ventus increbescere, salum f
ctibus intumescere, tandem tempestas tam h
ribilis ingruere, vt cœlum terræ misceri vide
tur. Quare Angli ad L V. vsque eleuati p
gradum progressi, & non tempestatem tan
verũ etiã necessariarum rerum inopia confl
domũ non sine periculo reuersi sunt, catasco
tamen quædam ad hostium iter obseruandum
liquerunt. Anglorum metu liberati Hisp
sedata paullulum tempestate, deliberabant in
se quid potissimum faciendum esset. Tand
quia & alimoniæ magna pars erat absumpta,
rudentibus, anchoris, malis, carbasis alio
apparatu classico è nauibus quædam non opti
erant instructæ, simul etiam de Parmensis a

ıs ſpes non incerta tantum ſed & prope nul-
reſtabat: circumnauigata eminus Britannia
mum redire conſtituernnt. Intellexerant e-
m per Scotiam paſſim mandatum eſſe ac pro-
ectum ne quidquam ſubſidij conſequerentur:
oruegia vero neceſſarium ipſis comeatum ſup-
editare non poterat. Sic igitur inter Orcades
ptentriones verſus ad LXII. vſque gradum
uigans, deinde Hiberniæ littus circumuectus
ux Medinæ Sidoniæ cum ijs quæ reſtabant na-
bus Galliciam verſus contendit: ſed atrociſſi-
a iterum tempeſtate exorta, nauium alijs in
berniæ breuia eiectis, alijs fluctibus abſorptis,
ijs in Angliæ, aliis in Galliæ litus & hoſtiles
rtus delatis & direptis, claſſis ſua mole labo-
ntis magna pars aut depreſſa, aut capta, aut
iſſipata; reliqua in Hiſpaniam partim lacera
rtim integra eſt reuerſa. Magnum ſane lu-
um clades hæc pleriſque omnibus familiarum
obiliſſimis attulit; è quibus paucæ erant quæ
on gentilem aliquem aut affinem vel naufragio
miſſum, vel in pugna cæſum, vel ab hoſte cap-
m luxerint. In Anglia econtra Regina cur-
triumphali per vrbem Londinenſem ad ædes
. Paulo in ſuburbio Veſtmonaſterienſi ſacras
ecta, XXIX. Nouembris diei feſtum indixit.

Inter euentus anni huius mirabiles haud
io an quidquam mirabilius ſit iis quę in Gal-
a acciderunt. Quomodo Principes quidam
dus inierint, notum eſt. Hoc clam ſe fa-
tum Rex tacite quidem indignabatur; ſed tem-
ori obſecundans diſſimulabat quidem, non ita
amen quin confederati, Guiſius inprimis, i-
am regis animaduerterent. Quum ver- illu l

in primis de regni successore, excluso Nauarr
eligendo, valde vigeretur, Rex autem nihil
eo præcipitare vellet, adeoque contra Guisiur
cuius potentiam atque auctoritatem iniquo
nimo ferebat, aliquid moliri videretur; Pa
sienses à Guisio, vt Rex aiebat, instigati, in e
Regem angustias coniecerunt, vt vrbe profug
re cogeretur. vnde Rex ingentem iræ mole
contra Guisium concepit: in gratiam tamen c
eo postea rediјt, matris opera reconciliatus, &
Espernonium confederatis vrgentibus, quamu
inuitus, à se dimisit. Inde ad regni statum com
ponendum animum intendens, comitia Blæsa
indixit; ad quæ priusquam confederati profici
cerentur, in commune consuluerunt, quid po
tissimum conuentui ad conseruationem Religio
nis, Regnique reformationem esset proponen
dum, Placuerunt tantum conditiones, quas hi
ordine (breuiter tamen & summatim) enume
rabimus: 1. Vt Catholica, Apostolica, Roman
Religió, quæ nunc est, etiam in posterum pr
vnico & solo fundamento Christianissimi huiu
Regni & populi nunc Regno subiecti, aut futu
ris temporibus subijciendi, agnoscatur. 2. V
concilium Tridentinum cum omnibus suis de
cretis & canonibus recipiatur, & tam in hi
quæ ad reformationem morum, quam quæ a
dogmata spectant, obseruetur, saluis tame
Gallicarum Ecclesiarum iuribus, idque consen
tiente summo Pontifice. 3. Omnia edicta, con
stitutiones, sententiæ, iura & consuetudines
secundum regulam fidei, decretorumque præ-
dictarum Ecclesiarum componantur. Quæ cum
ijs non conueniant, sint irrita, 4. Nullus ad suc-
cessio-

ſionem Regni & diadematis admittatur, niſi
us ſit, & ſyncerus Catholicæ Religionis fili-
: qui ex iugi eiuſdem Religionis exercitio,
timore Dei talis iudicabitur. 5. Nullus Re-
ſanguinis Princeps cuiuſcunque ſtemmatis
proſapiæ, ſi hæreſeos lepra infectus ſit, aut
reticis faueat, eoſque ſectetur, diadematis
gni ſit capax: nec illius iuriſdictione, vel e-
lumentis vti poſſit, alleget & prætendat
icquid velit: præſertim cum Rex Chriſtianiſ-
i Regi, ex gratia Dei potius, quam ex natu-
alis ſit, & appelletur. 6. Si quando Rex (quod
us auertat) in hæreſin inciderit, hæreſin fo-
it, aut in Regno exerceri permittat, ſubditi
nfeſtim omni fide, ſacramento, obſequio &
edientia, quibus ei erant obſtricti, liberi &
uti renuntientur. 7. Neque Regnum hoc ne-
illius Rex, vlla conuenta, pacta, fœdera,
icitias cum inimicis & hoſtibus Chriſti Ieſu
uatoris noſtri, eiuſque ſponſæ matris noſtræ
nctæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ Ec-
ſiæ feriant, neque cum ijs clandeſtina conſi-
conſocient. 8. Galliarum Rex nunquam ſe à
minis clauſulis, oneribus, conditionibus,
tranſactionibus, in iuramento, cum vngere-
, & Rex pronunciaretur, præſtito compre-
nſis auertat, nec quicquam ijs contrarium
oliatur. 9. Rex ſuprema ſua authoritate non
itur, priuſquam inunctus & conſecratus fue-
ſecundum formam & conſuetudinem patrũ
orum: cum gratia Dei, quæ cum vnctione &
nſecratione concurrit, plus iuris, quam na-
ra & parentum progenies illi ad Chriſtianiſ-
num hoc diadema obtinendum & conſeruan-

 dum

dum conferat. Interea regni administratio p
nes illos sit, quibus ea ex iure & consuetudir
debetur. 10. Authoritas hæc & Maiestas Reg
tam libera, vaga, & legibus soluta non sit, vt (
exorbitet) terminis iuris & æquitatis, quæ bas
est & fundamentum Regni, concludi & circun
scribi non possit. 11. Regnum ipsum, bona h
reditaria, dominia, & prouentus, nullo pact
distrahi, vendi, aut alienari poterunt. 12. Cu
eadem bonorum istorum sit ratio, quæ dotis,
Rex quasi sponsus eam possideat, rationi co
sentaneum esse, vt hinc necessaria petat, sum
vnde viuat, & Regni quoque, tanquam spon
suæ vtilitatem procurare non desinat. 13. Nu
lius Gubernatoris, Vicarij generalis, aut Iud
cis officium in posterum vendatur: sed post
lectionem, qui consecutus fuerit, ijs conditic
nibus munere suo fungetur, quas Ordines int
se probauerint. 14. In singulis prouincijs quo
annis ordinum conuentus habebitur, vbi in o
seruationem constitutionum, & placitoru
generalium Regni ordinum inquiratur. Quo
si ea negligenter obseruari deprehensum fueri
ijsdem ordinibus significabitur. 15. Ducat
um, Comitatuum, & Marchionatuum non i
pridem institutorum, & his titulis nobilitato
rum, propter incommoda ex ijs emergentia (qu
legati in comitijs commemorare, & demonstr
re poterunt) numerus diminuatur. 16. Neq
bellum decernetur, neque pax per vniuersu
Regnum conficietur, nisi cum consensu omnin
Ordinum: neque hunc in vsum populo trib
tum imperabitur, nisi ex eorundem Ordinu
consilio. 17. Omnis Simonia, ignorantia, & co

cubinat

ginatus inter Ecclesiasticos, remedijs in Con-
o Tridentino propositis, tollantur, & Ec-
siastici confestim ad suas residentias capes-
das euocentur. 18. Episcoporum & Præla-
um electio instituatur, & fiat secundum præ-
iptum primi articuli ordinum Aurelianen-
m. 19. Seminaria ad instructionem iuuentu-
vbique erigantur, iuxta formam ab Ordini-
s in vltimo conuentu Blæsensi præscriptam.
. Donationes, officiorum maiorum collatio-
s, vel eorundem nouæ institutiones à Rege
ctæ, nisi prius ab Ordinibus approbentur, sint
ritæ. 21. Quicunque sudore & sanguine paupe-
m seipsos locupletarunt, aut alijs illicitis, in-
stisque modis emerserunt, coram ipsis Ordini-
s, vel ab Ordinibus constitutis suarum functi-
num reddant rationem. 22. In singulis curijs
dicialibus, Senatus peculiaris ab Ordinibus
optabitur, ad quem populi querelæ, & trans-
ressiones constitutionum regni, & Ordinũ de-
rentur, à quo singulorũ caussæ cognoscentur,
t decidentur. 23. Vt singuli Ordines posthac
abeant Syndicũ, qui aulam sequetur, ad quem
mnium aliorum Syndicorũ inferiorũ litteræ,
monita, nunciationes, & instructiones mittan-
ur: vt in Senatu regio decernatur, quid cuique
iuitati aut Prouinciæ, ad sui status conseruati-
onem expediat, aut necessarium sit. 24. Rex om-
ni cura incumbet, vt ære alieno exeat, dignitatis
suæ statum honestè, & vt Regem decet, tueatur:
omnia incommoda & abusus tollantur: debita
& onera, in quæ Regnum per dissolutam admi-
nistrationem inconditamque œconomiam in-
cidit, dissoluantur; hæreticorum, & eorum qui

in precedentibus edictis damnantur, opes & facultates in ærarium Regis inferantur: vt inde & debita Regni soluantur, & exercitus alantur. Atque hæc quidem sunt quæ confederati à rege fieri volebant. Iam aderat dictus comitijs dies: pauci tamen ex confederatis comparuerunt: itaque in xv. Septembris dilata sunt. Sed quum ad hunc quoque diem non omnes adfuissent, res ad xvi. vsque Octobris prorogata fuit, præcedentibus aliquot diebus supplicationibus ad Deum vt comitiorum euentum prosperaret, & magistratuum quorundam creatione cõsumtis. Prædicto die rex in pleno Ordinum consessu causam huius tam celebris conuentus disertis verbis in hanc fere sententiam exposuit. Initio Diuinum Numen inuocat, à quo omnis sancta & bona operatio proficiscitur: orans, vt sibi Spiritus sancti gratia in hoc celebri actu assistat, seque dirigat. Idem quoque Numen orat, vt sit testis, quod opus hoc non alio fine, quam vt statum suum Regnique sui restauret, & in omnibus membris reformet, aggrediatur. Hanc primam semper sibi fuisse cogitationem, hoc summum desiderium. Quod vt consequatur rogat omnes Ordines, vt communibus votis huius desiderij sui constantiam & augmentum à Deo contendant. Optare se, ait, omnes priuatos & particulares quorundam affectus ita positos, vt nemo quicquam præter summi Dei & Principis sui honorem appetat: atque ita se omnes componant, vt pristinæ conditioni suæ Maiestatis splendor restituatur. Ad hoc omnes iureiurando deuinctos. Animum suum maximopere affligi, ob priuatas & publicas subditorum suorum cala-

lamitates. Deum testatur, ætate & experien-
se doctiorem factum, vt iam magis regni sui
solationem comprehendat, ideoque magis
agisque dolere: præsertim cum videat Regnū
um, tum ob propria sua, tum ob subditorum
gitia, non ad aliud, quam ad diuinam vindi-
am reseruari. Sibi iccirco nihil magis curæ
e, quam vt corrupti hominum mores, impiæ
nsuetudines, & abusus castigentur, tollãtur,
que remedia quærantur. Se nulla non consi-
captasse, omnes vias modosque meditatum,
ibus hoc commode fieri posset: inueniri autē
cilè potuisse, si ceteri principes huc eam ope-
m, eaque consilia contulissent, quæ tu (inquit)
or mea contulisti.

Deinde multis verbis digreditur in laudes
eginæ Matris suæ; cuius ea in se, in totum Re-
um extare merita dicit, vt non minus totius
egni quam Regis mater merito debeat appel-
ri. se enim plus ab ea sola, quam ab omnibus
ijs, tam in propaganda Catholica Religione,
am in salute Regni restauranda conseruan-
que ope & consilio adiutum esse. Cum itaque
rpetua & constans voluntas sua sit, nobilem
onarchiam illam reformare; existimasse tan-
m se ait, non sufficere consilia, remediaque
ecialia paucorum, sed opus esse conuentu Or-
im omniū totius Regni, vt aliquid solidi sta-
atur. His propositis ne horam quidem diffe-
ndam, sed statim in instituto progrediendum:
ritum enim se, ne deessent, qui comitia hæc
l differenda, vel non indicenda persuasissent.
idere igitur Ordines, quomodo erga regnum
fectus esset, vt qui nihil præter conseruatio-

nem honoris tum Dei, tum ſubditorum quære-
ret. Oſtendit porro generalem Ordinum con-
uentum præſentiſſimum remedium eſſe ad mor-
bis Reip. conſtitutionum Regni negligenti ob-
ſeruatione contractis, medicandum, authorita
temque Principis legitimi ſtabiliendam poti-
us, quam euertendam, contra quorundam ma-
lorum hominum perniciofam opinionem &
perſuaſionem. Bonam enim legem bene refor
matam & obſeruatam, ſceptrum in manu Regi
firmare, & coronam in capite illius, contra ma
lorum machinationes, corroborare. Poſſe itaqu
Ordines ex Regis ſui conſtantia, quę ſola tot co
natibus eorum, qui tam ſanctum opus impedi
re cupiebant, obſtiterit, animi ſui ſinceritaten
facile cognoſcere. Ad hæc innocentiam ſuan
oſtendit, à nullo ſe merito traduci poſſe, qua
præter rationem vnquam ſuam auctoritaten
quæſiuerit & defenderit. Se enim legitimur
in hoc Regno Regem eſſe, à Deo datum, & ſc
lum, de quo id affirmari verè poſſit: ita vt ma
ior authoritas & honor in hac Monarchia à
expeti non poſſit. Obſecrat itaque optimos ſul
ditos ſuos, vt iuſto ſuo propoſito faueant; illu
enim non eſſe aliud, quam vt gloria Dei pro
moueatur, Sancta, Catholica, Apoſtolica, Roma
na Religio propagetur: hæreſes toto regno e
ſtirpentur, ordo bonus in omnibus rebus co
ſtituatur, inops populus, & miſerè oppreſſus a
iumento & ſolatio ſubleuetur; authoritas R
gis iniuſtè violata reſtituatur. Demonſtrat i
ter omnes Rerumpublicarum ſpecies nulla
eſſe laudabiliorem Monarchia: fateri hoc ill
debere, vel ſi ſolummodo beneficia & comm

intueantur, huic regno sub suis decessoribus
llata: laudandum quoque DEVM, qui ipsis
gem dederit, Regij sanguinis, ad quem non
lum hæreditate peruenerit regnum, sed &
lus gloriam Dei amplificandi, & subditos o-
nes defendendi: id enim se tam factis, quam
ctis deinceps comprobaturum. Quod autem
rbatis his temporibus tot mala in prouincias
as irrepserint, id non tam sibi imputari vult
licet se non omnino excusandum fateatur)
iàm negligentiæ & fortè alijs delictis eorum
i tunc circa eum fuerunt: quibus tamen ma-
s, & abusibus occurrere se velle videbát. Nunc
erò se eam habiturum rationem, & tam dili-
enter obseruaturum eos, qui deinceps sibi mi-
straturi sint, promittit, vt conscientia sua sit
cura, honor suus augeatur, status restauretur:
a vt omnibus bonis satisfaciat, & illi errorem
uum confiteantur, apud quos in suspicionem
enerat, quique animo fuerant à Rege suo alie-
iore. Commemorat & beneficia Catholicis ex
ibita, pericula quæ pro Catholica Rom. religi-
ne adierat: magnos exercitus, quos aluerat, vt
ærefes oppirmeret; neminé inueniri hæresibus
ffensiorem se: qui vitam suam toties, vt hæreti-
os debellaret, periclitatus sit, & adhuc, quam-
iu viuat periclitari cupiat. Testari hoc tot hæ-
eticorum consumpta & dissipata pro sectæ suæ
efensione patrimonia; tot exhausta æraria; tot
nimi ab obedientia regis alienati; qui eius au-
horitatem, dignitatem, & imperium aspernen-
ur. Testari hoc vnionem omnium suorum Ca-
holicorum subditorum, nuper à se publico E-
dicto confirmatam. Hanc animi sui promptitu-
dinem

dinem se iam dudum testatam facere voluisse nisi per quosdam dissentientes Catholicos fuisset impeditus, quo minus in Pictores exercitum ducere potuerit. Displicere sibi quam maxime iuramenta & abusum diuini nominis, eiusque Sacramentorũ & vulnerum. Simoniam quoque venditionem officiorum Ecclesiasticorum, pluralitatem beneficiorum: hos abusus tolli, vt ipse anno 85. inceperat, præcipit: secularium officiorum, beneficiorum, honorum, ordinum & dignitatũ collationem sibi reseruat: vtpote à quo promanarant.

Mandat, vt qui dignitatibus aliquibus donati sunt, strenuè suum faciant officium, ne & Regis & propriam conscientiam onerent. Iurat se inposterum non tam profusum fore, ne Respublica sub alieno ære tandem succumbat. Imperat ordinibus, vt promoueant vbique artium & scientiarum disciplinam, vt iuuentus bene instituatur, immoderatas & intolerabiles exactiones, indictiones & tributa, quibus populus grauatur, minuant, & de iis quod æquum est, remittant, vt negociatio terra, marique reflorescat. Renouent antiquas constitutiones, maximè ad dignitatem & authoritatem Regis pertinentes: vt reuerentia Principi & Magistratui debita reddatur. Timore illo iusto, quo metuunt subditi, ne aliquando (si ipse absque filio moriatur) in successoris hæretici manus incidant, affirmat, se non minus, quam illos cruciari. Iurare se coram Deo, & suam testari salutem, sibi nihil vnquam magis cordi fuisse, quam vt subditos ex hoc timore colligeret. Hanc ob causam edictum vnionis conscripsisse, vt significaret, sibi nihil esse de-

testa-

labilius hæresi. Vt autem maior huic rei acce-
t fides, sibi consultum videri, vt illud edictum
iquā legem perpetuam cæteris huius Regni
gibus addant, eamque feria tertia proxima in
c eodem loco, & in hoc celebri consessu iura-
ento solenni confirment, vt nullus posthac sit,
i causam ignorantiæ prætendat. Hæc omnia
à se sanctè seruentur curaturum, tantum Or-
nes aduigilarent, ne sua, aut suorum, vel cul-
, vel negligentia violentur. Hortatu eos præ-
ea, vt secundū edictum vnionis omnibus foe-
ribus, pactis, conuentionibus, clandestinis
nsiliis, sine consensu vel approbatione sua fa-
s, nuncium remittant: hæc enim omnia pug-
re cum lege diuina, cum iuramento Regi dato;
in bene ordinata Republica, vt crimen læsæ
iestatis puniri. Se libenter ignoscere, quic-
id in suam Maiestatem hactenus peccatum est:
l affirmare seriò, vt læsæ Maiestatis reos se
lctaturum omnes, qui admoniti ab his vete-
us non abstineant. Hanc antiquam legem vt
dines renouent, cupit: & vt id fiat, eorum cō-
um opemque implorat.

Porro ad gloriam & honorem Regni Gallici
nit, quo omnibus olim Regnis solet præluce-
, eum nunc penè extinctum esse: vt ab interitu
nuò reuocetur, se omni studio incumbere: vt
em faciant subditi, orat, vt vires Gallorum
is saluti sint, & non exitio. Dolere sibi quod
giam suam dignitatem tueri, aliaque onera
gni sine pecunia sustinere non possit: sed ma-
n hoc esse necessarium. Bellum præterea sine
cunia geri non posse. Cum enim insignem
peditionem ad hæreses eradicandas sumpse-
rint

rint, magno opus esse thesauro vt feliciter cõficiatur, alioquin magis obesse bellum incœptum, quam prodesse. Promittere quidem se nullis opibus & facultatibus parsurum: & sperare Ordines eodem zelo omnia, quæ poterunt, ad cultum Dei & bonum commune Regni promouendum, in medium collaturos. Oportere igitur Ordines suarum Finantiarum (vt vocant) statum considerantes, idem dicere, quod Senatus Romanus olim cuidam dixit Imperatori, qui tributa, & vectigalia volebat abrogare, cui Senatus ait, hęc esse neruos & musculos, quibus corpus colligetur: qui si tollantur, corporis cõpaginem solui necessario debere.

Optare nihilominus se, eum esse rerum suarum statum, vt posset omnia vectigalia, tributa, aliaque subsidia populo suo remittere. Non enim se aliud in vitæ suæ modo quærere, quam honorem Dei, & salutem subditorum. Quantum igitur ad Finantiarum suarum ordinem, vt populus subleuetur, sperat Ordines multitudinis officiariorum & aliarum rerum particularium rationẽ habituros. esse enim eos quasi cardines, quibus & ipse Rex, & communis patrię status innititur. Quantum ad debita, quæ non ipsius tantum, sed & totius Regni sunt, eorum rationem ad Ordines pertinere: ad hoc enim & fidem publicam & hominum prudentiam obligare, vt cognoscant quanta sint, modumque & viam soluendi inueniant. Regem esse tabulam pictam, aut speculũ, in quo subditi se formare, & vitam discunt componere. Promittit igitur se operam daturum, vt & ipse sic viuat, & familiæ suę talem viuendi modum prę-

scribat,

cribat, quo totum regnum ab ipso iustitiæ & pietatis petat exemplum. Vt autem testatum faciat, se acturum omnia, quę à se possint desiderari, hunc celebrem indictum esse conuentum crastino die in Ecclesia auspicandum, in quo quidquid statuatur, velle se haud aliter, quam vt lex inuiolabilis & fundamentalis seruetur. Si quis violauerit, eum infamiæ notam, aut crimen læsæ Maiestatis incursurum. Iuraturum se promittit per S. Dei Euangelia, quod & ipse ea obseruabit, nec quocunque modo, quacunque causa, seu prætextu vnquam violabit. Missurum quoque eadem decreta per omnes regni prouincias, vt ab omnibus similiter tam Ecclesiasticis quam sæcularibus iureiurando confirmentur, & illorum præuaricatores, tanquam læsæ Maiestatis rei puniantur. His adde, quod si necessarium sit, sub jcit se totum legibus, nulla habita ratione, quod ipse author legum sit: qua in re seipsum magis obligat & deuincit, quam aliquis prædecessorum suorum vnquam deuinctus fuit. In nulla enim re generositatem boni Principis magis elucescere, quam si ipse cogitationes, actionesque suas omnes secundum leges moderetur. Sufficere namque sibi, vt dicere possit, quod Rex ille cuidam sibi objcienti, quod dignitatem regiam maiori seruituti successoribus fecisset obnoxiam, quã ipse à maioribus accepisset, respondit; se magis durabilem & securam relicturum. Tandem orationi finem impositurus rex ait; se hactenus in ea vsum imperio & auctoritate sua; nunc ad exhortationes & preces velle descendere. Obtestatur itaq; illos per reuerentiam, quam debeant Deo; per nomen

verum

verum Francorum; per cineres & memoriam tot regum suorum decessorum, qui tam laudabiliter hoc regnum administrarant; per amorem quem patriæ debebant, per commoda, quæ ea percepit de eorum fidelitate; per vxores, per soboles, per familias, fortunasque eorum domesticas, & se regi iungant, & vnanimes cum rege totius Reipublicæ negotio constituendo incumbant: vt abusus omnes, omnisque ataxia tollantur, & renni status ad meliorem formam redigatur: omnes contrarias opiniones abijciant, suo exemplo nil nisi salutem communem desiderent: alieni denique sint ab omni ambitione; sed bonos exhibeant subditos, haud aliter, quam ille se bonum exhibiturus est regem. Cumque multas imprecatus esset diras omnibus, qui cõtrarium aliquando facerent, tandem eosdem in diem extremi iudicij) in quo, ait, intentiones, affectusque omnium reuelabuntur, laruæque omnis doli, artificij & simulationis detrahentur) citat, vt compareant ante tribunal istud, mercedemque obedientiæ recipiant. Se interim sperare, omnes & singulos boni subditi officium præstituros: in eo & Deo & regi rem gratam, sibi vero laudabilem & vtilem facturos.

Cum Rex perorasset, vnus ex proceribus, quem magnum sigilli magistrum vocant orationem regis excepit, & sicubi obscurior esset, explanauit, mentemque & beneuolentiam Regis latius declarauit. Quo facto Rex iterum breui oratione summam Edicti vnionis repetit, ostendit quanto cum zelo, etiam à teneris vnguibus, Catholicam, Romanam, Ecclesiam amauerit, coluerit,

oluerit, defenderit, eius inimicos hæreticos
erſecutus fuerit: hoc enim officium ſuum fuiſſe,
oc maiorum ſuorum ſtudium, hoc ſuum poſtu-
re iuramentum. Sæpe id armis tentaſſe, ſed pa-
um profeciſſe. Ideo ſe Edictum perpetuum vni-
nis in Iulio confeciſſe, & velle nunc vt idem E-
ictum ſit lex ſempiterna, inuiolabilis & funda-
entalis: quod idem Edictum conſilio Reginæ
atris, Cardinalium, Principum, & trium Ordi-
um legatorum mandat ſigillo Cancellariæ mu-
iri, ab omnibus iureiurando approbari, & in
mnibus prouincijs proclamari.

Poſt hæc excepto ab omnibus qui aderant &
eſcripto iuramento, omnibuſque rite peractis
ſacras ędes conceſſum eſt, & decantato D. Am-
roſij & Auguſtini hymno, gratiæ Deo actæ. Se-
uentibus diebus rex procerum ſenatui, Guiſio
o diffidentiam adhuc abſente, ſiue animos eo-
um tentare volens quorum nimia in illum ſtu-
a oderat, ſiue rationem qua ad comitia Guiſium
elliceret inuenire cupiens, breui oratione indi-
it: Deum ſibi regiam prolem regni ſucceſſorem
heredem negaſſe; vt vero Nauarrus quamuis
ccommunicatus ius ſuum armis perſequi deſi-
at parum ſpei eſſe. ſe igitur turbarum & bello
um pertæſum poſthac quietem ac ocium ſequi
onſtituiſſe. Diſpicerent igitur cuinam totius
gni adminiſtratio committatur. Non diſplicuit
oc regis propoſitum confederatis: ceterum eli-
endi eiuſmodi viri arbitrium ad regem inpri-
is pertinere dicentes, ab eo vnum aliquem no-
inari petebant. Rex multis ordine in medium
roductis, quos omnes imperio dignos exiſtima-
t, tandem neminem magis idoneum & tanto

oneri parem se scire dixit quam Guisium, cuius eæ essent virtutes, ea in Francorum regnum merita quibus iure tantus honos deberetur. Hac intellecta regis voluntate, quam nequaquam à verbis discrepare existimabant, Ordines Guisium vt quam citissime ad comitia veniat litteris atque internuncijs hortantur Paret Guisius, & citatis equis ad Regem aduolat, à quo benigne exceptus magnarum dignitatum ac tantum non regij nominibus spe impletur: qui interim, vt erat insignis dissimulandi artifex, in hoc omnes suas curas & cogitationes conferebat, vt Guisius quam citissime è medio tolleretur. Quod vt commodius exsequeretur, re cum suis communicata, biduo ante natalem Domini in cellam anachoreticam quæ non procul à Blæsis abest, religionis ergo proficisci se velle simulat: statimque cæde destinata Guisium in procerum Concilio sedentem ad se accersi iubet, quod priusquam abiret, ardua quædam & arcana cum ipso conferenda haberet. Aiunt Guisium tam subito nuncio quodammodo perterritum è Lugdunensi Archiepiscopo quæsijsse, iretne, an periculo se quamprimum eriperet; illum vero vt iret suasisse, ne hac obsequij detrectatione caussam proderet. Ita ergo Guisius ad regium cubiculum properans, dum aulæa leuat, ab vno & altero ex insidiis prosilientibus (quod mox sex aut septem alii accesserunt) sicis impetitur, & manu ad gladii capulum admota frustra tueri se conatus, multis vulneribus confoditur, secretarius vero qui sequutus eum fuerat in custodiam datur. Guisio prostrato, Rex ipse à secretiori cubiculo strictũ gladium manu tenens erumpit, curioseque vul

tum

um animam agentis contemplatus ; iteratis
vulneribus mortem accelerari, & cadauer secre-
to quodam loco asseruari præcepit. Audita
fratris quiritantis & vim sibi fieri exclamantis
voce Cardinalis Guisius cum fratris filio Inuil-
æo, Nemorosio, Ellebouio, Lugdunensi & Am-
bianensi episcopis ad regium conclaue accurrere
volebant; sed à regiis ministris prohibiti, ac de-
inde regis iussu ceteri quidem in custodiam sunt
abducti ; Cardinalis vero in cubiculum in quo
cruentum iacebat Guisii cadauer adductus, & à
Rege ecquid humi illum iacentem agnosceret
sarcastice rogatus, postridie simile fatum subiit.
Paucos post dies vtriusque cadauera in magno
aulæ atrio combusta ; cineres vero in Ligerim
præterfluentem sunt proiecti. Tristi hoc nun-
cio accepto, inter fectorum frater Dux Mainius
qui Lugduni tum erat, fuga sibi consuluit, &
quibus potuit modis securitati suæ prospexit;
Guisii vero coniux inter planctum & lamentatio-
nes doloribus vtero subortis, pueros gemellos
est enixa. Interim Parisienses, ad quos Mainius
aduolauerat; regium palatium diripiunt, Regis
insignia dilacerant & conculcant, statuas euer-
tunt, è senatu regio suspectos fœdis carceribus
includunt. Guisius publico scripto Galliæ libe-
rator, Lutetiæ seruator, Catholicæ religionis
vindex appellatur; regi ne verbo quidem digni-
tas seruatur. neque enim amplius Regem appel-
landum clamitant ; sed perfidum, carnificem;
atheum, tyrannum ; cuius à mundo condito nul-
la ætas similem viderit; sacrilega, hypocrisi Iu-
lianum apostatam, crudelitate Caligulam, libi-

dinum ſpurcitie Heliogabalum, nefario Dei contemtu Dionyſium Siculum longè ſuperantem. Pariſienſium exemplum multæ aliæ vrbes imitatæ ſunt: quum interim Nauarrus exercitu in Pictones traducto Niortum primarium illius prouinciæ oppidum, commodiſſimo loco ſitum, & rebus ad bellum victumque neceſſarijs quam optime inſtructum occupauit. Rex qui nimis cunctanter initio egerat, vbi ſuos excluſos, confederatos vero in vrbes & oppida paſſim acceptos, magnaſq; ſeditiones contra ſe concitari intellexit: ſubditos per litteras officij admonere & cædis perpetratæ rationem reddere conſultiſſimum duxit. Miſſis ergo tam ad proceres quam ciuitatum & oppidorum magiſtratus litteris, mortem Guiſiorum iuſto Dei iudicio quod clandeſtinis machinationibus in ſe ipſi prouocarint, adſcribit: deinde proteſtatur ſe in propoſito ſuo hæreticos omneſque eccleſiæ hoſtes perſequendi non Guiſiorum non cuiuſcumque alterius monitis inductum perſeueraſſe, ſed ſponte ac proprio zelo ſe ſemper ad hoc propenſum fuiſſe. nihil ſibi vnquam antiquius fuiſſe, & etiamnum eſſe, quam honorem Dei promouere, & Catholicam, Apoſtolicam, Romanam Religionem in ſuo regno ſtabilire: in ea permanere, & ad vltimum vſq; ſpiritum perſeuerare. Porrò, quemadmodum antea promiſerat, ſe plebem, quæ nimijs exactionibus premebatur, ſubleuaturum; ita & nunc ipſum denuò polliceri. Sic iam Ordinibus abſentibus nunciaſſe, ad comitia venirent, eaque liberis ſuffragijs peragerent, media proponerent, quibus ad inſtitutum commodè perueniatur; vt Regis ſalus,

Deique

Deique inprimis gloria sartatecta conseruetur. nterim se prorsus velle, vt inter subditos suos omne diffidium, omnis diffidentia, omnia fede-ra, pacta, conuentus, clandestina consilia, & oc-ultæ machinationes cessent: ita vt in posterum post Deum non alium regem, quam se, ab omni-potente subditis datum agnoscant. Quod si fe-erint, se illos vicissim non vt subditos, sed vt proprios filios habiturum pollicetur. Deinde d mortem Guisiorum veniens, mirari se dicit, à multis hoc factum suum, vt iniquum, reprehen-li, cum omnibus constet Guisios beneficio suo, atrumque suorum, ad summos honores & dig-itates euectos: vbi grati esse debuerunt, paul-atim sub prætextu Catholicæ Religionis popu-um in suas partes vbique pertrahere, sibique euincire, à Rege verò suo auertere studuisse, anquam si Rex in Religione vacillaret. Eò rem euenisse, vt veteri non fuerint, clandestina edera inire, & seditiones in suam personam oncitare; id quod tumultus Parisijs, & alijs in ocis ortus abundè satis testetur. Hæc, omnia, vt d regiam, à qua aberrauerant, viam reduceren-ur, se dissimulasse, & postea palam remisisse. Ducem nihilominus Guisium iuramenti sui im-memorem, debitam sibi obedientiam non præ-titisse, omnium præcedentium beneficiorum blitum esse. Tandem eò audaciæ prouectum, t personę Regiæ insidias struere non erubuerit, a vt salus Regis saluo Guisio salua & secura sse non potuerit. Iure igitur se in illum ani-aduertisse. Mandare itaque se subditis suis ne egis auctoritas potestasque tam vilis sit apud los, vt eam contemnere audeant: sed potius

eam quibuſcunque modis poterunt, defendant, colant, reuereātur, iuxta præſcriptum iuramēti, quo Regi deuincti ſunt. Quod ſi qui ſecus facere, Regiſque auctoritate abuti non vereantur, eos extēplo, vt alijs exemplum ſtatuatur, grauiſſimè puniendos eſſe denunciat.

Hanc regis excuſationem & in Gallijs & alibi non eodem modo omnes accipiebant. Qui enim Guiſijs fauebant, vt fictam eam & commentitiam explodebant, dictitantes Guiſiorum aliorumque confederatorum nullum aliud inſtitutum, nullum alium finem fuiſſe, quam vt regem in officio, à quo non ſemel diſcedere videbatur, continerent. Hoc quum rex, qui omnia ex libidine, non ſecundum leges in regni inauguratione ſacramento firmatas adminiſtrare cuperet, pati non poſſet, rationem inijſſe quomodo ſe à Corycæis iſtis liberaret, & tyrannidem conſtabiliret. Econtra qui regis partes tuebantur, varijs ſcriptum eius in Guiſios criminationibus corroborare ſtudebant. eorum conſilia non aliò ſpectaſſe quam vt Principum regij ſanguinis non modo auctoritatem conuellerent, ſed vitam etiam in periculum vocarent, regnum proceribus, nobilitate & bonis ciuibus deſpoliarent, regis auguſtam Maieſtatem infringerent, & illum obedientiæ ardorem quo tam plebs quam nobilitas Gallica reges ſuos ſemper proſequuta eſt, extinguerent, & his artibus comparata ſibi ſuiſque auctoritate ad regnum inuadendum viam ſibi munirent. Sacrum fedus (quod Ligam vocant) non è zelo religionis ſed regnandi cupiditate profectum, idque eos ipſos fateri qui diſtributis iam inter ſocios

regni officijs foederi subscripserunt, postea vero ad regem defecerunt. Non alio fine multas à Guisianis easque primarias regni vrbes occupatas, in quibus rex iamdiu nullam auctoritatem nullum ius habuerit, gubernatoribus à Guisijs constitutis omnia pro sua libidine agentibus. Per alias ciuitates quæ ab ipsorum imperio nondũ pendebant, dissensiones seminasse, populum aduersus regios ministros incitasse, quo minus iustitia posset administrari: tandem etiam Guisium eò temeritatis prorupisse, vt regis vitæ insidiari non fuerit veritus. Hæc aliaque similia per Galliam tum spargebantur, vt tam inuidiosę & truculentę cędi color aliquis quæreretur. Confœderati nihilominus rebus suis non defuerunt; sed contemtis regis minis, vrbes, arces & oppida in fidę suam receperunt, pecunia vndique coacta exercitum conscripserunt, omniaque quæ ad bellum erant necessaria compararunt. Quare rex aduersæ factionis duces Mainium, Aumalium eiusque fratrem omni dignitate atq; honore priuatos, insuper omnes qui re aut consilio clam aut palam ipsos adiuuerint, perfidiæ, rebellionis, læsæ Maiest. reos publico scripto pronunciauit: eandemque pœnam in Lutetiam, Ambianum, Aureliam aliasque vrbes, nisi quam primum ad obedientiam redirent constituit.

Atque hoc fuit tragœdiæ in Gallia excitatæ principum vel epitasis: cuius catastrophe regis morte, denique fuit infamis. Quum enim Ligistæ, Catharina Medica Regis matre v. Ianuarij iam defuncta, institutum suum ducibus Guisijs, etiam contra regia edicta vrgerent. Rex Guisios Cardinalem & Ducem, affectati

 regni

regni ſuſpectos, ſub ſpecie colloquij ad ſe accerſitos interfici iuſſit; non multo poſt à Iacobita quidam monacho, cultro in ventrem adacto, cōfoſſus. Hinc in duas factiones ſciſſa Gallia alijs pro Henrico IV. poſtea cognominato. Nauarrę rege, tamquam proximo herede, alijs pro Liga (quæ aperte ad Hiſpaniæ regem inclinabat, eiuſque ope vtebatur) ſtantibus, miſerabile dictu eſt quantis ærumnis & cladibus Gallia vexata ſit, quas alibi legere eſt. Nos pauca hæc, quamuis extra inſtitutum, indicare hic voluimus, vt Gallicorum motuum origo intelligatur, qui, conuerſis totis in id regnum Hiſpanorum viribus, Belgium non parum ſubleuarant, & Mauritio Principi ad multas res præclare gerendas, magnas ac multas occaſiones præbuerunt. Sed in Belgium redeamus.

Parmenſis, qui claſſis Hiſpanicæ reditum per dies aliquot exſpectarat, vbi de abitu eius cognouit, Montignium Rentij Marchionem per nota Voſmarij quo à Brabantię continenti dirimitur canalis vada in Tolam inſulam irrumpere iubet, attributis ei octingentis circiter militibus, & per vicinos aggeres bis mille circiter collocatis ſclopetarijs, ad eos qui deſcendentes prohibere vellent ſubmouendos: ſed quum inſula aggeribus longe eſſet inferior, ſclopetariorum ictus omnes fuere irriti, niſi qui in armētahinc inde & greges inciderunt. Sub ipſo aggere cum Georgius Eberhardus Comes Solmēſis cum CL. militibus excubabat, qui cum vndis & luto luctantes Hiſpanos non ſine cæde reiecit. Poſt hæc Bergopſomam Parmenſis ad XIV. Septembris obſidere cœpit: quod eius vrbis præſidium

Bergopſoma à Parmenſi fruſtra obſeſſa.

ſidium

dium longe lateque per Brabantiam excursio-
es faceret, & tam incolas quam viatores gra-
ssimis damnis afficeret. Primus impetus in
ropugnaculum quod Scaldi ad aquilonem im-
inet factus est. eo enim expugnato, oppido
mpedes iniectæ videbantur. Quum vi non ita
ultum effici posset, astu & proditione res ten-
ta fuit. Præsidium magna ex parte Anglis cō-
abat, inter quos duo erant in Parmensis exer-
tu, apud quem captiui aliquando fuerant, satis
oti. Ab his Principis nomine, donarijs repræ-
entatis, impetratum est vt prodendi propugna-
uli in se receperint prouinciam. Sed fraus ea
uit: quum ex composito, præfectis in propug-
aculo conscijs, res ageretur. Proditioni dictus
st XXIV. Octobris: cuius diei nocte intem-
esta Griuestonus (id vnius nomen) Hispanos
er portam apertam introduxit: è quibus vbi
riginta circiter fuere ingressi, cataracta siue
orta pensilis demittitur; excluduntur alij, qui
ntus erant opprimuntur: qui foris, tormentis
z sclopis impetuntur. mox hi in iram versi, re-
ulso ad valli pedem sepimento ligneo enitun-
ur, vi effecturi quod astu non potuerant: sed à
ræsidiarijs, quibus ad istum casum omnia satis
uperque prouisa erant, non minus acriter quā
scendfrent reijciuntur. Pugnatum aliquamdiu
st, donec tandem refluens maris æstus Hispanos
b oppugnatione desistere coegit. Parmensis
ac spe delusus, quum se ab instante hyeme vr-
eri, & continuis pluuijs in obsidione videret
mpediri, exercitum ab vrbe abduxit, & in hi-
erna dimisit, dum interim in Selandia Mauri-
ius Nassouius (qui ipse XXV. Octobris in vrbem

 obsessam

obſeſſam ad res ordinādas fuerat veneratur. Ruſ ſelio in Angliam reuocato, Campo veræ in Vala chria Marchionis dignitate ſuſcepta, pópulu[illegible] in fidem ſuam xx. Nouemb. accepit.

Soluta Bergopſomæ obſidioue, centum circite[illegible] pedites præſidiarij, & ſex equites è Baxij turma memorabiliſſimum facinus perpetrarunt: Ij qui Borchlano oppidulo fruſtra inſidiati eſſent, ne ſi ne operæprecio aut præda domū redirent, The nas, ſpacioſum ſed infrequens Brabantiæ oppidū quinque Hiſpanorum ſignis tum munitum, a[illegible] inuadunt, tria præſidiarijs in fugam actis vexill[illegible] eripiunt, & direpti oppidi ſpolijs, graues ſalu[illegible] inde rurſus diſcedunt. Interea Hiſpani quadrin-genti circiter obſeſſo itinere, in inſidias ſeſe col-locarant, prædam erepturi: at illi quāuis nume-ro pauciores, vi ac ferro per medios hoſtes ite[illegible] ſibi aperuerunt, ac partam prædā Borgopſomā ſecum retulerunt. Aiunt hoc vnum omnium eſſe audaciſſimum Naſſouianorum militum facinus, ac propemodum incredibile, niſi ipſius quoque teſtimonio confirmaretur.

Paullo ante id tēpus ex Heusdę quoque & Ger-trudebergę præſidijs, octingenti partim equites partim pedites, ſinguli poſt equitem ſedentes, ad Tilburgū vſq; nō procul à Siluaducis excurſione facta, magnā Hiſpanorū manū caſtra ibi habenti-um, diſiecerunt, & multis hoſtiū interfectis, cum opulenta prędа domū redierūt. Sed & è Selandia Lxx. in Flandriā traiecti, xx. equites, & xxx. mer catores, equis itē vectos, Cortraco veniētes inter ceperūt, & magnā pecuniæ vim tā è præda quam lytro nacti ſunt. Cōplura eiuſmodi militaria fa-cinora apud Meteranū legere eſt, vt & in vniuer-ſali noſtra Hiſtoria: ad quā Lectorē ablegatū vo-lo. Sequi-

Sequitur insigne Bredanę vrbis interceptę stra
gema: quod vt magnã cũ Gręcorũ illo ad Troiã
u similitudinẽ, ita maiorẽ rei gestę veritatẽ ha
t.

REDA STRATEGEMATE A MAVRITIO NASSOVIO intercepta.

IN Brabantia interim Mauritius Nassouius insigni ac felici strategemate Bredanã vrbẽ patrimonij sui partẽ, recuperauit: quod ordine exponam. Profe-
tus sub finẽ Februar. cum exercitu Seuenberga,
Gertrudebergã obsidere se velle simulat, eumq;
umorẽ per omnia vicina loca tamquã certũ spar-
i curat: quo excitus Bredanæ vrbis præfectus
Gertrudebergam celeriter se contulit, omniaq;
d defensionẽ necessaria præparauit. Peroppor-
unè hoc accidit Nassouio, & absente gubernato-
e tanto magis consiliũ maturandum arbitratus
est. Iam ante cũ nauta quodã, effossos è terra &
ad solẽ siccatos cespites, quibus ad ignem Belgæ
plurimis in locis pro lignis vtuntur, in arcẽ Bre-
danã cõuehere solito, cõuenerat, vt septuaginta
vt lectissimos milites, sub Caroli Heraugerij du-
ctu, in alueum nauis conderet, fraude cespitibus
superimpositis tecta. Cum his Bredã versus vela
faciens nauta totum quatriduum fere in itinere
hęsit, multis aduersis rebus, vento maxime &
glacie impeditus, cuius duritę laxatis carinæ &
laterum compagibus, quũ pæne in conspectu ar-
cis nauis vado impacta staret, aqua tãta copia in-
fluere cœpit, vt militum pæne genua attingeret:
vnde

vnde nonnulli grauiter tuſſire incipiebant, in ter quos Germanus quidam Matthias Heldu nomine, qui præ cæteris hoc malo affligebatur ſuum ipſius pugionem ſocijs ád ſe confodiendum dedit, ne fraus proderetur. Sed & tuſſi repente omnes liberati ſunt, & rimæ neſcio quo caſu, quamprimum aqua creſcere cœpit, rurſus coierunt. Tandem tertio Martij nauis hoſtibus feta in arcem appellitur; quam tarde per glaciei ſegmenta procedentem ipſi præſidiarij, vt duratεum illum olim equum Troiani, attraxerunt, ſtatimque negligenter à vigilum præfecto aut cui is eam prouinciam mandauerat, inſpectam, quod ceſpitibus egerent, exonerare eam cœperunt, adeo vt penitiora nauis iam fere eſſent retecta, magno cum nautæ & latentium angore. Verum is ex itinere feſſum ſe dicens, ceſpites ſumere milites iubet, quod ea nocte in excubijs & ſtationibus ſuis egerent, reliquum poſtridie exportarent; ſimul prolatis aliquot denarijs ad ſymbolam in proxima caupona præſentes vltro ad iſta ſequi paratos inuitat. Multa iam nocte dum milites egredi parant, nauta continuo ſentinæ quam exhauriebat ſtrepitu ſenſum fraudis omnem ab excubantium auribus auertit: mox Heraugerius ſuos breui oratione confirmatos, bipartito agmine ad excubiarum ſtationes ducit, quibus nullo negocio oppreſſis, portiſque arcis occupatis, Mauritio & Hoenloio non procul inde cum copijs exſpectantibus, ſignum dat, & per poſticum in arcem intromittit. Eruptione deinde in vrbem facta, Itali improuiſa arcis occupatione territi, animiſque conſternati, non exſpectata pugna, vrbe

relicta

icta fugiunt: ciues vero ſequeſtro Hoenloio, uritij poteſtati ſe permittunt, quibus mulcta cuniaria in militum ſtipendia fuit imperata. egligentiam hanc ſimul & ignauiam non ini loci Itali aliquot capite poſtea, Parmenſi dicante, luerunt: Mauritius vero ſuorum titudinem partim oficijs partim præmijs, ter quæ aureus fuit numus cum rei geſtæ iniptione, inuicti animi merces) eſt remuneus, Heraugerium inprimis, cui eiuſdem lialitate præfectura vrbis obtigit. Hac clade n mediocri accepta, Parmenſis Manſueldia extemplo cum quatuor armatorum milis ad reprimendas hoſtium excurſiones ableit: qui commodiſſimis locis caſtra metatus, inas aliquot arces partim expugnauit parn nouas exſtruxit, à Norda tamen ſeptem torntis toto biduo conuerberata, & bis immiſper ruinam milite oppugnata, re infecta ceſſit: E Brabantia in Geldriam exercitu am celerrime tranſportato, Mauritius & Holoius ad Neomagum in vlteriori Vahalis ripa mum admodum propugnaculum eodem fere npore quo Manſueldius ad Nordam deſidet, oliri cœperunt; quo conatu ciues perterriti Manſueldium ſtatim trepidum nuncium miunt, qui periculum in quo verſarentur exporet, vtque quamprimũ auxilium ſummittet, rogaret. Is etſi vrbem milite & comeatu creauit, impedire tamen non potuit quo mis cœptum caſtrum à Mauritio perficeretur; od quidem inſtar compedum fuit, quibus conicti & quotidianis fere incommodis quamplunis vexati Neomagienſes, tanto facilius poſtea ad

Cnotzenburgum.

ad deditionem venerunt, quum missis in Galliam copijs bellum in Belgio segnius administrare tur.

SVTPHANIA CAPTA.

Mauritii Nassouii victoria.

ADulto vere Anni MDXCI. Mauritiu Nassouius ingentem belli cum apparatum cogit, non paucas militum copias Bredam mittit, omniaque ita agit vt vel Buscumducis ve Gertrudebergam obsessurus nihil dubitaretur Quibus locis timens Parmensis, ad obsidionem tolerandam necessaria omnia eo mittit. Sed aliud erat Mauritij consilium: qui per aduersum Rhenum Arnhemum vsque subuectus, secundo inde flumine per Isalam ad Sutphaniam descendit Iam ante, xxII. Maij scilicet, duodecim circiter milites manu promptissimi, assimulato rusticorum & rusticarum habitu, hic corbem dossuarium, ille quasillum, butyro, ouis, caseis onustos ferentes, Dusburgo quasi venales eiusmodi merces in propugnaculum aut vrbem illaturi, emissi erant. Hi nondum apertis propugnaculi, quod vltra Isalam ex aduerso Sutphaniam respiciebat, portis, pedis suis rusticorum more innixi, tempus rei gerendæ commodum magis quam emptores exspectabant. Vigilijs deductis mox ruit portis miles, & magno numero in vrbem traiecto Isala redit; cæteri excubijs destinati securi adstant, licitantur, colloquuntur. Heic è personatis illis rusticis aliquis deprompto sclopeto proximum conficit; reliqui in alios irruunt, & portam occupant. Statim qui in insidiis latebant con-

ſertim accurrunt, præſidiarios repentino me-
bſtupefactos & quod maioris momenti erat,
um propugnaculum capiunt. quo occupato
ifeſtim Mauritius ad vrbem caſtra ponit, val-
& foſſis includit: deinde attractis collocatiſq;
ſonautarum præcipue opera tormentis, icti-
ſque aliquot adactis, miſſo fetiali ad deditio-
m præſidiarios hortatur: qui abiecta defenſio-
s fiducia, quod pro loci capacitate nimis pauci
ent, nec optime ab ijs rebus quæ ad diuturnam
endam obſidionem requirũtur, inſtructi, con-
ionibus non quas ipſi volebant, ſed quas victor
poſuerat, ſe vrbemque dediderunt, cum gla-
js & ſarcinis quas humeris ferre poſſent dimiſ-
Obſidionis initio ſtatim Ouerſteinius Comes
mis temere mœnia adequitans, globo traie-
us occubuit, pro cuius cadauere Mauritiani
quamdiu, tandem obtenta victoria, pugnaue-
nt.

DAVENTRIA.

Dauen-tria.

EOdem quo Sutphania dedita eſt veſpere (erat XXVI. Maii) Mauritius admirabili ce-
leritate impoſito rurſus in naues apparatu
ellico, Dauentriæ exercitum admouit, Iſalaque
uobus pontibus conſtrato, & machinis ad vrbis
onuerberationem expeditis, præſidiarios itidē
er, fetialem deditionem facere iuſſit: quibus
ecuſantibus muri creberrimis ictib. deiiciũtur,
ilesque ad irrumpendum per ruinas in aciem
diſponitur

disponitur. In fronte Angli ſtabant, in ſecund
acie Scoti, in tertia Comitis Solmenſis & Bre
derodij cohortes, ſignum exſpectantes: quo edi
to, Angli in pontem deſiliunt, per muri ruina
vrbem inuaſuri; verum quum pons aliquant
eſſet breuior quam vt armis graues in terram d
ſilire poſſent, priores vrgentibus poſterioribu
multi ex Anglis in aquam detruſi & ſubmerſ
ſunt, nonnulli vero agiliores dum per ruinas e
nituntur, ab oppidanis hoſtiliter accepti, & nó
ſine cęde repulſi ſunt. Sed & obſeſſorum non
parua ſtrages tum edita fuit, tormentis conti-
nuo qua confertiſſimi in muris ſtabant in eos de-
tonantibus: nec tam globi emiſſi quam ſaxorum
& lapidum fruſta muris excuſſa, & longe late-
que diſſilientia propugnantibus metuenda erāt,
Mularto nobili viro ad latus Hermanni Comitis
Vambergij oppido præfecti adſtanti caput ictu
comminutum eſt: ipſi vero Comes lapidis frag-
mento in facie grauiter vulneratus. Ita ergo eo
die Mauritius receptui cani iuſſit. Sequenti, om-
nibus denuo & ad opera diſturbanda & ad mu-
ros concutiendos præparatis, ad impetum iterũ
Mauritij miles ſe accinxit, obſeſſi è ruinis tam
voce quam ſigno deditionem facere ſe velle ſig-
nificarunt, in quam vt conſentiret Comes Vam-
bergius, quamuis vulneratus, multiſque neceſſa-
rijs, inprimis puluere tormentario deſtitutus,
ægre ac non niſi ad extremum adduci potuit.
Lecti ergo vtrimque qui de conditionibus age-
rent. Prꝗſidiarijs permiſſum vt cum armatura &
impedimentis liberi exirent; ciuibus vt qui vel-
lent ſuas omnes facultates alio transportarent;
cęteri priuilegijs & iure antiquo fruerentur.
Mauri-

auritius cognatum suum Vambergium amicè
mplexus, sua ipsius rheda Groningam vsque
duci curauit. Hæc omnia tanta celeritate
racta sunt, vt prius pænè vtriusque huius vrbis
ccupatæ quam obsessæ fama ad vicinos etiam
ruenerit. Et sane quum multæ imperatori
rtutes necessariæ sint, nulla tamen magis quam
atura quædam celeritas, qua Alexander M.
nnia vicit. Fama hac ad Parmensem quoque
ui obsessis auxilium laturus in itinere erat, per-
ta: agmen in terram Cliuensem declinans, ad
alcariam consedit, partemque apparatus belli-
Ruræmundam remisit. Dauentria (quod K.
nij fuit) occupata, Mauritius exercitum C L.
auibus impositum secundo Isala in sinum maris
ustralis, atque inde in Frisiam traduxit vbi quũ
rra (quod Verdugus circa Steinuicum non ex-
guas habere copias diceretur) parum ipsis tutũ
er esset, Enchusam & Harlingam præteruectus,
on procul ab ostio Amasis fluuij in Groningen-
territorium descendit, statimque minora ali-
uot propugnacula, Immetillum, Grossauuar-
am & Opschlagum aliaque ijs locis vicina re-
epit: inde Delffilum commodissimo & maxi-
ie infesto Groningensibus loco situm, admotis
ormentis, sed vix semel displosis, præsidiario-
um ignauia sine vllo fere suorum iactura oc-
upauit. In deditionis auctores Verdugus post-
a gladio animaduertit. Interea vicinorum
ericulis territi, ac quotidianis è Cnozenburgo
nolestijs vexati Neomagienses, à Parmensi
upplices petierunt vt vrbem compedibus istis
iberaret. Annuit Parmensis, & statim vndique
onquisito nauali apparatu, exercitum in Bata-

Delffilum

uiam insulam traiecit, ac propugnaculū decim
quarto Iulij obsidere cœpit. Quo nuncio accep
to Mauritius Solmensem Comitē cum delect
militum manu obsessis auxilio misit: qui in pro-
pugnaculū receptus iam ante prompto milit
multo maiores animos addidit, omniaque a
defensionem necessaria non minus fortiter qu
prudenter administrauit. Postquam dies aliquo
fossis & vallis ducendis, gerris disponendis
collocandis tormentis mutuisque velitationibu
non sine obsidentiū clade extracti fuerunt: Mau
ritius expugnata in itinere arce Veddana, & præ
tér Stenuicū traducto exercitu, Arnhemū cele
riter venit, & ponte fluuio imposito, & ipse me
diocribus cu copijs in Batauiā insulā traiecit, a
castra vallo ac fossis diligenter communiuit: e
quites deinde aliquot emisit vt hostiū vires expl
rarent, qui ab Hispanis ad ipsa vsque castra fun
fugati.

CONFLICTVS AD CNOZENBVRGVM.

Conflictus ad Cnozēburgum.

POSTRIDIE, qui vigesimus quartu
erat Iulij, duæ rursus turmæ Parmens
castris adequitant: in quas confestin
septem Italorum atque Hispanorum equitun
alæ magno impetu feruntur: quem non su
stinentes Nassouiani, eo vsque retrocedunt
donec quadringenti sclopetarii ex insidiis con
surgentes, à tergo, ipsi vero cū aliis superueni
entibus à fronte Regios circumsistunt, partē ec
rū cędunt, partim capiunt: inter quos fuerur
Ventus Franciscus Nicellus prætoriæ alæ ducto

Alphon

Alphonsus Daualus, Antonius Sinigaglia, Decius Manfredus, Iacobus Amatuccius, & Padilianus qui è vulnere paullo post obiit. Quatuor signa erepta cũ ducentis circiter equis aliisque captiuis Arnhemum velut in triumphum missa sunt. Huic cladi, quam ipse Parmensis ex arce Neomagiensi Falconaria spectauit, alia incommoda accessere: solũ scilicet vliginosum, & continuis pluuiis multo iam magis lubricũ & instabile; hostis propinquitas, & inprimis metus ne subductis per Rhenum & inde demissis per Vahalim nauibus, pons supra atque infra oppugnaretur. Quibus probe consideratis Parmensis castra mouit, exercitumque in alterum Vahalis latus reduxit: ipse vrbem cum filio, qui nuper ex Italia venerat, ingressus, & ciues ad constantiam multis verbis ac promissis est cohortatus; simul etiam pecuniæ aliquantum in quotidianos militum vsus dependit, Verdugo exercitui, qui ad Craneburgum castra metabatur, præesse iusso.

HVLSTA CAPTA.

Post discessum Parmensis, Mauritius Cnotzenburgum inuisit, ac præsidiariorum virtutem collaudauit. Eò iam satis magna classis confluxerat; neque quidquam fere aliud quam Neomagi obsessio exspectabatur. Sed alia consilia voluebat Mauritius, hostem qua minime putabatur aggressurus. Vbi enim classem in Selandia paratam iam stare accepit; secundo flumine delapsus, cum quatuor peditum millibus & septingentis circiter

equitibus in Flandriam ſine vlla mora traiecit expoſitoque in agrum Vaſenſem milite Hulſtam decimo nono Septembris Parmenſi nihil minus ſuſpicante obſedit, aggere ad Calloum prius, ne quid inde noceretur, perfoſſo. Oppidum ad vigeſimum quartum vſque Septembris magnis viribus oppugnatum eſt; quo die ciues ac præſidiarij vitæ ac fortunarum incolumitatem pacti, Mauritio vrbem tradiderunt. Huius vnius oppidi occupatione credi vix poſſit quantum pecuniæ Flandriæ incolis ſit extortum. Paullo poſt Mondragonius arci Antuerpienſi præfectus, collectis ſuis magnis veteranorm copijs ad hoſtem contendit: ſed is iam militem ac cætera in naues impoſuerat, & oppidum valido præſidio firmarat. Excitatis tamen aliquot caſtellis Mondragonius, ne vlterius in Flandriam excurrerent Naſſouiani, impediuit.

NEOMAGVM CAPITVR.

IN Hollandia interim magnus caſtrenſis apparatus comportatur, ſtatimque Mauritio è Flandria (vnde dum ſoluit, quatuodecim cymbas nimia feſtinatione depreſſas amiſerat) reuerſo, aduerſo Vahali ſubuehitur, & cum exercitu ad Neomagum exponitur, certa propemodum ſpe oppidi potiundi. Obſeſſi enim in varias factiones ſciſſi erant; & plurimi clam primò, deinde palam querebãtur omnia ſe pro Rege abſumſiſſe, ignem & ferrum hactenus paſſos, nec quidquam tamen in ipſius exercitu quamuis propinquo ſpei aut præſidij habere. De hoc vrbis ſtatu Mauritius

Neomagũ capitur.

ritius à captiuo, qui nuper inde persoluto lytro
venerat, edoctus, tanto magis obsidionem ma-
turauit. Primum impetum tam ciues quam præ-
sidiarij fortissime sustinuerunt: ac pontem ho-
stium attractis in turrim S. Huberti tormentis,
conuulserunt, occisis aliquot nautis ac duobus
nauarchis. Quare dissolutus pons paullo infe-
rius extra teli iactum denuo compactus est, nau-
tarum præcipuè hominum impigerrimorum
opera; tanta celeritate vt vt XVI. Octobr. exer-
citus traductus sit, qui quasi corona vrbem cin-
gens totum agrum suburbanum impleuit. Poste-
ro die Mauritius in editissimo colle castra lo-
cauit, & quadraginta admotis tormentis, vr-
bem vndique, maxime è propugnaculo Cnozen-
burgensi infestauit: eam vero partem qua maxi-
mum periculum videbatur, ciues nouo vallo
congesto munierunt. Erant omnino in præsi-
dio tria peditum signa, & pauci equites, Henri-
co Kiebomio ductore; sed hic cum suis fur-
cam metuens (erat enim ex ijs qui Gertrude-
bergam Parmensi dediderant) maturè se subdux-
it: cæteri nullum bonorum militum officium
prætermiserunt. Biduo post tubicen à Mauritio
ad vrbem venit, deditionem postulans: cui à
consulibus responsum, se cum ciuibus delibe-
raturos: postridie itaque reuerteretur. Sed is
statim rediens vt extemplo responsum daretur
instabat, simul nuncians frustra eos ab exercitu
regio subsidium sperare, qui ægre seipsum de-
fendat: tubicen nihilominus eo die cum eodem
responso est dimissus. Sequenti, XX. scilicet O-
ctobris, à magistratu propius inspecto periculo,
ciues in curiam conuocantur, sententiæ rogan-

tur. Vicit tandem eorum sententia qui deditionem suadebant; leguntur conditiones Mauritio proponendæ, vt scilicet senatus qui fuerat maneret, vtriusque religionis exercitium permitteretur, tolerabile præsidium imponeretur, atque aliæ multæ eiuscemodi: quarum partim ipsis concessæ, partim, in primis de senatus & Religionis constitutione, negatæ ipsis sunt. Hoc modo toties ante nequicquam insidijs tentata vrbs Neomagensis vigesimo primo Octob. paucorum dierum obsidione subacta in Mauritij potestatem venit.

STENOVICI OBSESSIO.

Stenuicũ.

ANno MDXCII. Mauritius cum sex peditum & duobus equitũ milibus vigesimo octauo Maij Steinuicum in Transisalanæ & Frisiæ finibus obsedit, vbi sedecim lectissimorũ militum signa in præsidio erant. Initio muniendis castris & tormentis locandis cõsumpti aliquot dies; deinde verberatio instituta: qua quũ nihil aut parũ admodũ proficeretur, cuniculis agi cœptum, qui & ipsi parum damni obsessis attulere. ab his eruptione aliquoties tentata, obsidentiũ non pauci letho dati sunt. Multis tã intus quã foris exitio fuit turris quædam lignea, ferreis cochleis firmiter connexa, & nouẽ contignationibus binûmdenûm pedum altitudine distincta, quorum vna vel plures sustolli, & iterum pro libitu demitti poterant. His impositi sclopetarij non solum à muris propugnatores arcebant

rcebant, ſed vias etiam omnes & plateas ita
ıfeſtabant, vt in publicum vix quiſquam pro-
ire auderet; donec attractis in commodum lo-
um duobus tormentis duas contignationes de-
ecerunt, militibus qui in ijs erant fœde lacera-
is: quorum exitu alij territi, vt loco tam pe-
iculoſo ſe committerent vix adigi potuere:
ub finem Iunij Verdugus Friſiæ Gubernator
lucentos quinquaginta pedites tormentario
ouluere, cuius maxime inopia laborabant ob-
eſſi oneratos, tentare iuſſit ſi qua ratione in
oppidum peruenire poſſent. Præmiſſus vero
eſt, qui oppidanis horum aduentum nunciaret,
eumque eruptionem facere iuberet, quo illi in-
terea minori cum periculo in oppidum pene-
trare poſſent. At captus hic & examinatus con-
ſilium detexit. Quare Naſſouius diſpoſitis qua
venturos eos exiſtimabat inſidijs, ad ducentos
fere cæcidit; reliqui ægre in tuta loca, pauci ad-
modum in oppidum euaſerunt. Quum itaque
oppidani numerum ſuorum quotidie imminui,
comeatum abſumi, apparatum bellicum defi-
cere, hoſtiles munitiones indies propius agi
viderent, & de auxilijs parum ſpei eſſet: op-
pidum certis conditionibus Mauritio obtule-
runt: ſed quum ille eos qui Gertrudebergen-
ſis proditionis fuerant participes ſuo arbitrio
permitti vellet, re infecta obſides vtrimque
iam dati ad ſuos redierunt. Auctus erat machi-
narum bellicarum in Naſſouij exercitu nume-
rus; adeo vt iam ſexaginta & amplius inſtructa
caſtra eſſent, quarum maxima parte mœnia &
ædes conuerberabantur, tanta vi & globorum
 frequentia

frequentia, vt viginti nouem ictuum è maioribus tormentis milia ad exitum vſque obſidionis numerata ferantur. Sed & tribus locis cuniculi agebantur: quibus ad perfectionem deductis, Mauritius quaſi corona oppidum inuaſurus claſſicum cani iubet. Accurrentibus in mœnia ad defenſionem præſidiarijs, ſubterraneis illis meatibus incluſus puluis & incenſus horribili cum fragore erumpit, valla mœniaque cũ omnibus qui ſuperſtabant militibus & præfectis diſturbat atque euertit, ita vt hiatus & ruina facilem hoſti aditum pollicerentur. Alter tamen cuniculorum à fronte aliqua ex parte erumpens, plures fere obſidentium, qui ad impreſſionem parati ſtabant, quam obſeſſorum partim viuos terra obruit, partim incendio afflauit, nihilominus Friſijs ſtatim & Anglis ad portam orientalem per ruinas ſigna acriter inferentibus iamque in vallo ſtatuentibus, oppidani conſternati illico tympaniſtam mittunt qui colloquium poſtularet; quem Mauritius audire noluit. Quare poſtero die centuriones quidam in caſtra proficiſcuntur, & conditiones quaſdam proponunt; quibus omnibus reiectis, tandem Mauritij poteſtati permittere ſe coacti ſunt; qui victis has conditiones præſcripſit; cum impedimentis, vxoribus & liberis exirent, vexillis, armis, tormentis cum omni apparatu in oppido relictis: proximo ſemeſtri in prouinciis transrhenantis contra Ordines non militarent; transfugæ aut alicuius proditionis vel flagitii rei hoc contractu non comprehenderentur; vulneratis & chirurgis tantiſper in oppido manere liceret donec ſanati fuerint, deinde

iiſdem

'dem quocumque vellent discedendi esset fa-
ltas; centum currus ipsis sub cautione de re-
tuendo cõmodarentur; ad Rhenum denique
ti & securi deducerentur. Ad hunc modum
.Iulij sexcenti pedites lectissimi, sexaginta cir-
ter equites, ducenti vulnerati oppido excesse-
int. Gubernatori Antonio Coquellio & equi-
bus Mauritius equos abducere, peditibus vero
adios secum asportare, ob fortiter expleta
ilitiæ munera permisit, eorumque virtutẽ col-
udauit. Obsessorum trecenti circiter, obsiden-
um vero quadringenti desiderati scribuntur;
ter quos Dorpius fuit chiliarcha. Ipse Mauri-
us in sinistra maxilla sauciatus fuit, sed absque
tæ periculo; grauius vero Anglorum tribunus
ranciscus Verius cum Horatio fratre; qui tamẽ
ipsi breui postea conualuerunt. E præsidiarijs
uidam Gertrudebergensis proditionis rei in
rcam acti sunt.

COVORDA CAPTA.

STEINVICO exercitum Mauritius ad Co-
uordam vnicum & munitissimum Drentha-
næ regionis ad Vidrum fluuium propugna-
ulum duxit; missis ex itinere signis aliquot quæ
Ormarsam oppidulum caperent: in cuius op-
ugnatione Franciscus Leuinus Famarsius arma-
nentario præfectus, vnus ex ijs nobilibus qui
urbarum initio Margaritæ Parmensi supplicem
llum libellum obtulerãt, interfectus est. Inerat
Alphonsus Mendosa cum sexaginta circiter equi
um ala: sed loco diffisus oppido excessit, viamq;
ibi per hostium castra viribus & armis aperuit.
ceteri præsidiarij vnius & alterius diei impetu

 tolerato,

tolerato, ſibi cõſulere, vrbemq; hoſti tradere c
acti ſunt. Couordæ ſe Hermannus Comes Van
bergius incluſerat, qui de hoſtiũ aduẽtu edoctu
vicum caſtello ſubiacentem exuſſit & compl
nauit, arbores, fruteta, hortos & arbuſta excidi
ne quid eſſet quo ſe recipere aut vbi latere hoſt
poſſet. Aduenıens itaque Naſſouius prçter du
piros nihil inuenit vnde caſtris locãdis cõmo
aliquid haberet. Ductis ergo foſſis, aggeribuſq
& vallis excitatis, milites paullatim ad arce
prorepunt, & diſpoſitis tormentis aliquot eiac
lantur, propugnaculum ad portam arcis è qu
multum damni caſtris dabatur, multis ictibu
deijciunt, mœnia ſuffodiunt, exiguo cum fruct
quod cuniculi partim corruiſſent, partim ab ob
ſeſſis contrafodiendo corrupti eſſent. Verdugu
interea Parmenſem diligenter de auxilio obſe
ſis ferendo ſollicitat, eumque in vſum militen
ſibi & pecuniam mitti petit. Mox ergo vexilla
ones aliquot Caroli Mauſueldij ſcilicet, Mondr
gonij, Gonzagæ, Arembergij & Barlemontij, c
aliquot equitũ alis & mediocri apparatu bellic
inter Rinbercam & Veſaliam Rhenũ traijciunt
ab altera parte munimento exſtructo, vt ſi fort
ad ſuos penetrare nõ poſſent, fugę eſſet recepta
culũ. Hinc Grollam progreſſi, ſine vlla offẽſion
aut remora Oldenſelam perueniunt, vbi à Ver
dugo excepti, & cum reliquis copijs cõiuncti a
Hardenbergam primum, deinde ad Vlſam caſtr
poſuerũt. Commodum circa id tẽpus Philippu
Naſſouius cum auxiliaribus copijs è Gallia ve-
nerat: quibus per præſidia diſtributis, alijſque
inde eductis Mauritius caſtra ſua nõ mediocrite
cõfirmauit: in quæ exploratũ emiſſi tum equites
aliquo

quot rusticum hominem adduxerunt, litteras
Verdugo ad obsessos laturū; quorum argumen-
erat, se postridie ipsis suppetias ferre decreuis-
ab ea parte castrorum qua Hoenloius statiua
bebat. erat enim à nobili quodā Frisio edoctus
loco difficilē quidem aditū patere, sed ob id
minus diligenter ab hoste custodiri. Hunc
tur Mauritius melius muniri curat, militum
tiones auget, & cōmodis locis tormēta dispo-
t. His ita secreto peractis, regij magna cū equi-
m & peditum manu albis interulis super arma
duti, magno clamore in hostium munitiones
uerunt, verum tanta vi à parato milite sunt
cepti, vt nec progredi, nec satis commodè re-
pere se possent. Quare globo facto, iniquo ad-
odum loco diu cum hostibus dimicarūt, donec
m die appropinquante certius machinarū icti-
is directis aut occisi aut disturbati & in palu-
es acti sunt. Ad trecentos hoc cōflictu è Verdugi
ilitibus perierunt; ex obsidentibus pauci. Gu-
elmus tamen Nassouius graue circa femur vul-
us accepit. Vlterius quidem Verdugus aliquid
d obsessos liberandos tentaturus videbatur: sed
uum hoc spissum nimis esset, & hostis iam arci
mmineret, præsidiarij, deditione facta, cū armis
impedimentis omnibus arce excesserunt. Mau
tius Suollam, atque inde per Arnhemū in Hol-
ndiam redijt; Verdugus vicina Grollę, Olden-
elæ, Gori & Lingæ præsidia auxit; Hermanuus
ero Vambergius cum sex peditum signis & ali-
ua equitum manu Groningenses confirmauit, è
uorum agro Nassouiani paullo ante ad mille
rmenta abegerant.

MAVRI-

MAVRITIADOS

LIBER IV.

LVXEMBVRGENSIS AGER A[...] tributum soluendum cogitur. Gertrudeberga [...] Mauritio Nassouio recuperatur. Conordia à Verdu[...] go obsessa liberatur. Groninga inde ad deditionem cogitur. Hollandi in Septemtrionali Oceano viam a[...] Cathaia & Sinarum regna quærunt. Iidem in India Orientali res gerunt. Gaditana vrbs & insula ab Anglis & Hollandis diripitur.

MANSVELDIVS post Parmensis mortem suscepta reipublicæ administratione statim edictum ab Albano olim conditum & publicatum de non soluendo hostibus tributo, renouari iussit. Quod vt rectius intelligatur, paullo altius repetam. Quum frequentibus militum excursionibus rusticani homines vexati passim diffugerent, eamque ob causam agri squallerent inculti, pascua & prata verterentur in arundineta, villæ, pagi, nobilium ædes ab habitatoribus derelictæ corruerent; malo huic remedium qualecumque inuentum est, vt nimirum quocunque vel hi vel illi signa hostilia inferre possent, omnes isti incolæ, nobiles, rustici, ciuitatibus munitioribus exceptis, singulis mensibus tributum penderent hosti

ſti cui eſſent viciniores; quod quamdiu fide-
liter ſoluebant, ſub fide publica tranquille vt
urimum viuebant,& agros colebant. Ex hu-
ſmodi tributo magnam exercitus partem ale-
nt Ordines confederati,quorum ditiones quũ
dique fere clauſæ ſint vt difficulter adiri que-
t; multis tamen in vicinas atque etiam lon-
nquas excurrendi regiones præbent opportu-
tates. Vt igitur hunc ipſis neruum incideret
anſueldius, edicto cauit publico, ne quis po-
ea huiuſmodi tributum hoſti penderet: vtque
nnes tam incolæ quam milites, dato ſigno ad
ſtium incurſiones reprimendas concurrerẽt,
quoſcumque deprehenſos ſuſpendio ſtatim
cărent. Quod vbi Ordines confederati intel-
xerunt: & ipſi ſuos edicto monuerunt vt eun-
m iuris proceſſum contra hoſtes ſuos ſerua-
nt: eis vero qui tributum hactenus conferre
ant ſoliti, edixerunt, vt id porro quoque ſicut
te ad locum & tempus conſtitutum mitterẽt.
uod ſi qui incolæ arma contra milites id exa-
ũros ſumſerint, aut vallis & propugnaculis ſe
uni turi ſint, aut quacumque alia ratione tri-
itum ſoluere detrectarint; in eos ita ſe vindi-
turos vt non dubitent, quin ceteri vltrò ad
cienda imperata ſint venturi. Hoc contrario
licto promulgato, prioris illius vehementia
iquantum referbuit. Tale tributum Ordines
nfederati Luxemburgenſibus iam pridem in-
xerant, ſed illi & regionis ſuę longinquitate
viribus freti hactenus ſoluere id recuſarant.
d eos cogendos miſſus Philippus Naſſouius cũ
atuor armatorum milibus, complures pagos
ripuit, quoſdam etiam incendit; ſed fama ad-
uentan-

uentantis regij militis territus, suos præda gr
ues per agrum Limburgensem, cui & ipsi gra
tributum imperauit, domum reduxit. Holla
dis & Selandis quorum fere omnes opes in n
uigationibus consistunt, plurimum damni i
ferebant Gertrudebergenses presidiarij; cui
oppidi is est situs, vt veluti intergerinum sit,
ita dicã, inter Hollandiam & Brabantiam osti
vel potius clauis. Quapropter regiorum virib
partim bello Gallico distractis, partim ataxi
quadam impeditis, Mauritius id hac æstate ob
sidere decreuit. Apparatum eius regij non igno
rabant; quó vero is se conuersurus esset, nem
potuit diuinare. Erant qui Buscoducis, erant qu
Grauiæ metuerent; eorumque opinionem Mau
ritius ipse quantum poterat factis augebat. Cō
paratis ad obsidionem necessarijs omnibus
Mauritius castra ad Gertrudebergam ita metatu
est. Ad plagam occidentalem fratri suo Henri-
co Friderico, cum Georgio Eberhardo Solmen
Comite, Gronefeldio & Balfurio chiliarchi
stationem assignauit: in orientali Comes Hoen-
loius cum Brederodij, Lockereni & aliorum
cohortibus inter Ramsduncum & Osterhoutum
pagos ad Dungim fluuium tentoria locauit. Non
procul ab hoc flumine in aggere Stellhouiano
munimentum tenebant Hispani, vnde in oppi-
dum sine vllo impedimento patebat accessus;
quem Hoenloius attractis summa cum molestia
& magno vitæ suæ periculo in proximam insulã
tormentis interclusit. Inde huius deditio facta.
Flumen quo ad instar fossæ castra circumdaban-
tur, Mauritius duobus pontibus iunxit, vno na-
uibus, altero malis imposito; vtrimque vero na-

Gertrudeberga recepta.

es bellicas constituit, in quibus excubię agerentur, molasque aquarias & cataractas exstru- it quibus aqua iugiter in fossas infundebatur. ossam vero, quæ mutato nomine Merua iiste di- tur, & ab vna parte oppidum attingit, longo ellicarum nauium ad hemicycli formam col- ocatarum ordine obsedit; vltra quas propius liquanto ab oppido celoces nocturnas vigili- agebant. Frumentarijs nauibus extra teli ia- um sua quoque statio, nautisque separata ca- ra erant assignata, qui callide naues aliquot va- uas ligneis tormentis instructas non procul oppido destituerunt, in quas obsessi diu ful- ninantes, magnam vim tormentarij pulueris onsumserunt. Castra quà continentem spectà- ant vndique altis vallis, latisfossis, & quater- is propugnaculis cum binis tormentis muni- a erant: idque spacium à Mauritij castris ad Ho- nloij vsque stationem ad duo ferè miliaria com- lectebatur. Fossis quà maximè periculum me- uendum erat, sepes è palis ligneis in terram ad- ctis & cuspide ferreo vnius pedis longitudine a presse coadunatis vt ne pes quidem interponi osset, prętenta. Effosæ in vijs erant foueæ instar arum quibus lupi capiuntur; sparsi passim locis uspectis murices: ad eum denique modū castra rant communita, vt Mauritius exploratorem leprehēsum liberè ad hostes redire, eisque quid idisset indicare iusserit. In castris quoque ea nilitaris disciplina seruabatur, vt tàm in ca- tris (quorū circuitu integer pagus Ramsduncū um multis villis comprehendebatur) quam extra castra domicilia habentes coloni non ab niurijs tantum securi degerent, verum etiam

agros

agros in ipſis caſtris ararent, vaccas mulgerent butyrum conficerent, militi deinde tolerabil precio venderent. Non minori diligentia & audacia in defendendo oppido vtebantur obſeſſi qui extrema periclitari, ſpe auxiliorum volentes, contra vim hoſtium acerrime ſe defenderunt, infirma munierunt, & conuulſa repararũt Columba in caſtra Mauritij ceciderat, litteras ad obſeſſos ferens promiſſorum plenas: quibus demtis Mauritius alias contrario argumento ſuppoſuit, vt ſcilicet ſibi in tempore proſpicerent, quod auxiliorum nulla ſpes in propinquo eſſet Præſtitere tamen conſtantiam prçſidiarij: quamquam non multo poſt amiſſo gubernatore res ipſorum valde nutare cœperint. Turris erat in oppido prçcelſa, templo impoſita, è quo oppidani longe lateque caſtra contemplari erant ſoliti. In hanc Comes Hoenloius tormenta quçdam dirigi, dein totis caſtris tumultuari ac vociferari iuſſit. Audito tumultu obſeſſi, auxilia aduentare, iamque hoſtium caſtra oppugnare rati, turrim conſcendunt, quid ageretur deſuper ſpeculaturi. mox tormenta diſploduntur, & qui accurrerant ſternuntur, in quorũ numero quoq; gubernator fuit. Manſueldius inter hæc euocato qui tum in Galliæ finibus caſtra habebat, Carolo filio, copias quantas poteſt coegit, & ad obſidionem ſoluendam profectus, non procul à caſtris Mauritianis cõſedit; ſed quum hæc firmiora quam vt perrumpere poſſet deprehendiſſet; ad Hoenloij ſtationem declinauit. Nec heic quidquam aliud eſt actum, quam leuibus velitationibus tempus conſumtum. Venerat ad Manſueldium tubicen à Mauritio certis de cauſſis miſſus,

ui ille, Ecquid, inquit, herus tuus tantis ope-
bus sese includit: cur non procedit in campum
aperto mecum prœlio decertat? subridens
ibicen facete respondit, Non hoc ægre debere
rre Mansueldium, si Mauritius quoque senex &
eteranus imperator, qualis Mansueldius iam
set, cuperet euadere. Iam Nassouiani ad ipsa
sque mœnia munitiones suas perduxerant;
æsertim ad id propugnaculum quod obsessi
eptemtriones versus tenebant. Circa id vicesi-
o quarto Iunij Hanius, Buuerius & Caluius
enturiones excubias agebant: vbi quum mag-
um animaduerterent in mœnibus silentium, &
cilem viderent ascensum, assumtis binis sclo-
etarijs, binis scutatis, & binis qui bipennibus
mati, per ponticulum ligneum extremitati
ropugnaculi iniectum enituntur, quid intus a-
eretur exploraturi. Accurrunt mox vigiles,
onseritur certamen, prædicti centuriones suos
auxilium vocant, qui mox confertim irruen-
es propugnatores cædunt atque è propugnacu-
o in vrbem reijciunt. Obsessi iam hostem in
œnibus conspicati, ad colloquium admitti
apiunt, tympanum pulsant, sed ob horribilem
lopорum sonum & ascendentium confusam
ultitudinem audire hostis primum nihil po-
it. Tandem disparente fumo, pileis hastis im-
ositis signum deditionis ostendunt: statimque
uos in castra ad Mauritium centuriones emit-
unt, duarum saltem horarum inducias peten-
es, quo Mansueldium de periculo suo certio-
em facere, & consensum ab eo deditionis im-
etrare possent. Quod quum negaretur, vitæ
ero incolumitas a Mauritio ipsis promittere-

tur; se oppidumque Mauritio dediderunt, ha
conditione, vt gladijs tantum accincti exirem
& impedimenta omnia secum auferrent. Vice
simo sexto circa meridiem regij præsidiarij sep
tingenti circiter oppido excesserunt: quibu
Mauritius virtutis & fidei ergo cetera quoqu
arma petentibus concessit, signa tamen milita
ria sedecim retinuit. Erant inter eos tres qu
precij quo ea vrbs olim væniérat, participe
fuerant. hi ceteris inspicientibus è vestigio su
spensi sunt. Fama deditę vrbis Mansueldium v
castra moueret mouit. Aliam ergo quercum ex
cutiendam ratus, viam quæ Longa dicitur in
gressus est, & vel metuens Buscoducis nulli
pręsidijs munito; vel Bommelię insidians, a
eam insulam consedit. Est ibi inter Buscumduci
& insulam ad Dieſę ripam propugnaculum Cre
pacordium nomine, quod occupare prius de
creuit: sed obstructo à Gorcomensibus flumine
& aquis longè lateque stagnantibus; & Mauriti
exercitu assiduis prœlijs & incursionibus regi
os lacessente, recedere coactus est non sine da
mno. Conabatur quidem inter Crepacordium
& Buscumducis nouum exstruere propugnacu
lum; at Buscoducenses insidias & vim in s
parari (pertinaciter enim præsidium admitter
hactenus recusarant, & quosdam doli suspecto
exarmarant) veriti, id impediuerūt. Quare par
te copiarum in Frisiam transmissa Bruxellas re
dijt, re ipsa expertus, vtcuique res vel dextre ve
sinistre ceciderint, ita plerosque homines d
eo sentire & loqui. Quum Flandri Ordinibus
tributum iam aliquot mensium negassent: Sol-
mensis cum octingentis equitibus & quatuor pe-
ditum

Creuecœur.

itum millibus in agrum Vasensem excurrit,
ispanos duobus propugnaculis expellit, sed
udito Mondragonij aduentu, prædam, in qua
ille circiter erant boues & equi; & tria ouium
ill'a, in naues imponit, & vnde venerat re-
ertitur. Tributum nihilominus miseris rusti-
s imperatum.

COVORDA OBSIDIONE LIBERATA.

N Frisia obsessis fere vijs omnibus, Gronin-
gensesquotidie magis magisque premeban-
tur. Qua de re apud Imperatorem ac regem
rauiter conquesti, opem sollicitare non desi-
ebant. Missus eò est Fridericus Vambergius,
um duobus peditum milibus & quadringen-
s, equitibus octingentis, octo machinis & du-
ntis curribus. Hic à via Burtangensi aberrans,
io itinere ad Otmarsum oppidum deuenit:
uo expugnato, cum Verdugo ad Nortlaram
opias coniunxit. Verdugus cum Burtangam
co paludoso situm propugnaculum frustra
ntasset, Gulielmum Nassouium ad penitiora
risiæ insequutus ad prœlium modis omnibus
icere studebat: sed is castris se continuit: le-
bus tamen velitationibus quæ quotidie mi-
ebantur, vterque multorum militum iactu-
m fecit. nihil se proficere cernens Verdugus,
ouordam per totam superioris anni hyemem
osedit: in qua obsidione incertum fuit, an
aiorem obsessi vel obsidentes pertulerint e-
estatem. Hinc factum vt magna ex parte dila-

psi milites signa infrequentia reliquerint; qu
vero reliqui erant, cum morbis, fame, gelu mi
serum in modum confli&tabantur. Groningen
ses quidem comeatū quanto poterant, castra iu
uabant: sed is exiguus erat, ac vix tuto potera
perduci. Quin munera quoque ipsorum ad Ar
chiducem Ernestum Bruxellas mittenda (inte
quæ viginti erant equi generosi) in Nassouiano
rum manus inciderunt. Quod si strategem
quod in Delfsilanum propugnaculum XII. Fe
bruarij machinati fuerant, felicem sortitum es
set euentum, melius sane res Groningensium
habuissent. Sed & hoc male successit: & recen
tes copiæ ad supplēdum exercitum à Duce Lau-
enburgo Saxone collectæ, ab Ordinum militi-
bus, capto Tistlingo, legato ducis fiduciario
dissipatæ sunt: pauci miltes in castra peruene-
runt. Ineunte Maio Mauritius, frustra itidem
insidijs Traiecto ad Mosam tentato, Arnhemum
profectus est, vbi copias à Solmensi Comite re-
cens è Germania adductas lustrauit, dum inte-
rim Guilelmus Nassouius in Frisia omnia quæ ad
tantam rem quantam instituerant necessaria
erant, conquirit. Sexto Maij ad Onnam pagum
Mauritius cum exercitu venit, in quo decem e-
rant peditum, & duo equitum milia. Cum hoc
ad Couordam progressus, facile & comeatum
in arcem intulit, & Verdugi copias non viribus
tantum impares, verum etiam omnium rerum
penuria afflictas, & quod pessimum erat, præ-
fectorum dissidijs & militum seditionibus la-
borantes, Lingam vsque retrocedere coegit. Co-
uordia liberata, Mauritius patruelem suum Gu-
lielmum ad Auardei filum propugnaculum oc-
cupandum

ıpandum mittit. Fortissime ibi præsidiarij sese liquamdiu defenderunt: sed dum ab ea tantum arte qua periculum metuebant, in hostem innti sunt, à Nassouianis qui à tergo iter per paides sibi strauerant, subito oppressi, & ad vnum omnes interfecti sunt. Horum calamitate rriti regij è locis paullo infirmioribus diffuerunt.

GRONINGA OBSESSA ET EXPVGNATA.

MAVRITIVS interim castra ad Groningam posita & contra obsessorum eruptiones vrbem versus, & contra auxiliatores, si qui forte venturi essent, incredibili diigentia atque industria munierat: ac tanta vi oenia atque ædificia tam publica quam priuata oncutiebat, vt in vrbe timoris ac tumultus omnia plena essent. Ciuibus etiam non satis inter e conueniebat. Erant qui regios è Schurendiepa uburbano propugnaculo in vrbem euocandos enſebant; quod quum alij agitari intellexissent, agnum continuo tumultum excitarunt. Hoc odo regijs exclusis, ciues ipsi fortissimorum ilitum tam in mœnibus propugnandis quam ruptionibus faciendis munus impleuerunt. nō emel ab hostium cæde cruenti reuersi, sed & psi aliquando ita excepti vt erumpendi ille caor plane tandem fuerit restinctus. Mauritius n cuniculis agendis dies noctesque laborabat. Portę orienti obuersæ propugnaculum munitissimum adiacebat; in quo præcipuam defensionis spem habebant oppidani; atque in eo dispositis

Groninga.

 octo

octo tormentis damna non exigua castris inferebant. Mauritij iussu hoc breui temporis spacio cunicularij suffodere, & in meatus magnam tormentarij pulueris copiam immiserunt. Omnibus paratis, Mauritius xv. Iulij aciem quasi propugnaculum illud inuasurus, disponit. Oppidani rem serio agi arbitrantes accurrunt, & ad defensionem se parant. Dum ita in propugnaculo per stationes diuisi arma expediunt; ignis pulueri subterraneo admouetur, dehiscit terra erumpit flamma, & vnà cum terra superstantium partim per aerem disijcit, partim hiatu absorbet. Ex his complures statim vitam amiserunt, alij grauiter ambusti paullo post animam exhalarunt; nonnemo etiam in hostium castra proiectus, raro fortunæ beneficio incolumis euasit. Tantus erat fragor, tantæ puluerum nubes, vt omnis aurium sensus obtunderetur, omnis visus impediretur.. Mauritiani confestim occupato propugnaculo, gerris dispositis, valloque nouo excitato aduersus vrbem sese munierunt. Quare ciues hosti iam aditum ad se apertum videntes, Ioannem Burium cum tympanista in castra miserunt, qui Mauritio spem faceret, si postridie per tubicinem iterum deditioné postularet, ciues imperata facturos. At Mauritius facere hoc recusabat; addens si oppidanis consultum videretur in castra legatos mittere qui de conditionibus agant, id per se licere; sin viribus resistere & exitum rei exspectare mallent, visuros atque experturos quid subsequuturum sit, sed magno cum malo seraque pœnitētia. Hoc tam breui & acri responso icti oppidani, xix. Iulij legatos à magistratu & ciuib. lectos in

castra

astra miserunt. Q[u]um aliud oppidani impetrare
on possent, tandem XXII. prædicti mensis in
as conditiones iuerunt.

Primo, omnium offensarum, iniuriarum, de-
ctorum, factorum ac dictorum, omniumque
tumultuum initio, tam in prioribus turbis,
lterationibus & motibus quam in posteriori-
us perpetratorum; eorum etiam quæ durante
a obsidione, quocumque in loco, tam genera-
m quam particulatim, in vrbe, vel extra vrbẽ
ontigerunt, perpetua erit amnestia & obliuio;
t erunt quasi nunquam facta; ita vt nullo vn-
uam tempore fiat mentio, exprobratio, mole-
atio, actio aut inquisitio, in iudicio vel extra
idicium, sub pœna, vt si qui contrariũ fecerint,
abeantur, æstimentur & puniantur, tanquam
erturbatores & violatores communis pacis &
ranquillitatis.

I. Magistratus & incolæ vrbis Groningensis
romittent, & in se recipient, quemadmodum
x hisce promittunt, & in se recipiunt, quod v-
ioni generali prouinciarum Belgicarum sub-
cribent, & Ordinibus generalibus earundem
Prouinciarum confederatarum adhærebunt, ijs
ideles erunt & obtemperabunt. Quodque Gro-
ningenses tanquam membrum & fideles con-
federati ceteris Prouincijs bonam fidem, fir-
mam & inuiolabilem amicitiam conseruabunt:
n omni casu, necessitate & tempore quocum-
que illis opem ferent, ad resistendum aditum-
que in dictas terras prohibendum Hispanis, e-
isque adhærentibus, eos etiam si intrauerint, eij-
ciendos, vt qui omni modo, vi & consilio inco-
las contra omne ius & æquitatem opprimere

 & per-

& perdere, eos omni sua prosperitate & salut priuare, & in perpetuum insuper seruitutem & paupertatem abducere, in ijsque perpetuo habere conati sunt.

III. Groningensibus salua & integra manebũ omnia sua Priuilegia, libertates, iura, & immunitates.

IV. Ciuitas & circumiacens regio in comparitionibus, suffragijsque cum Comitia Ordinum habentur, & causę alicuius momenti decidũtur, sese gerent secundum Ordinum generalium sententiam & determinationem.

V. Illustris Comes Gulielmus Ludouicus Nassouius, pro gubernatore vrbis & circumiacentis regionis, secundum codicillos Ordinum generalium agnoscetur, recipietur & acceptabitur. Interim lis quondam inter vrbem Groningensem & circumiacentem regionẽ exorta, vel quæ adhuc exoriri posset, decisioni & dispositioni Ordinum generalium, eorumve Legatorum aut cognitorum reseruabitur.

VI. In Ciuitate Groningensi, eiusque territorio nulla alia Religio exercebitur, præter Reformatam, quomodo illa hac tempestate in confederatis Prouincijs publicè exercetur. Ita tamen vt nulli in conscientia fiat iniuria, nullus in ea grauetur, nulla in eam fiat inquisitio. Omnia monasteria, ecclesiastica & monastica bona, in quo statu nunc sunt, permanebunt, donec per Ordines generales, Rempub. Groningensem, & circumiacentem regionem aliter legitime decernatur. Tunc autem per prouincias ipsas de vsu eorundem bonorum, deque alimento personarum ecclesiastiacarum deter-

minabi

inabitur, ordoque & forma constituetur. In-
rim Commendatoriæ in VVerffum , VVyt-
ert, & Ostervvierum habebuntur & tracta-
intur eodem modo, quo similes Commenda-
riæ in Prouincijs confederatis sitæ, hactenus
abitę sunt.

II. Ad conseruationem maioremque securi-
tem generalitatis & vrbis, & ne qua inter ci-
es ant incolas turba, lis aut seditio exoriatur,
roningenses quinque aut sex signa peditum,
ui Ordinibus sacramento deuincti sunt, in vr-
em cum minimo ciuium & incolarum detri-
ento & læsione recipient , quibus & ho-
pitale stipendium numerabitur, iuxta conditi-
nem & formam, quæ postea per Gubernatorē,
lagistratum & subiectam regionem constitue-
ir & approbabitur.

III. Propugnacula, munitionesque diruentur
: euertentur iuxta placitum, constitutionem &
ecretum Ordinum generalium.

X. Ciuitas Groningensis, & subiecta regio in
eneralibus indictionibus & tributis, ad defensi-
nem communis causæ pendendis , conformes
qualesque se reddent, iuxta quantitatem facul-
atum, magnitudinemque Prouinciæ, alijs Pro-
incijs contribuentibus.

X. Omnis præterea tributorum indictionisque
onfectio , permissio, collatio, solutio, quo-
um facta est ratiocinatio, rata censebitur: quo-
um nondum facta est ratiocinatio, ea adhuc
oram antiquo Magistratu fiet; ita tamen, ne
quid eorum quæ restant , acceptum sibi arro-
gent.

XI. Omnes exules vrbis Groningensis, & circumiacentis regionis, eorumve hæredes in possessionem omnium bonorum suorum non alienatorum remittentur: ita tamen, vt ciuilitat. & humanitati ab vtraque parte locus relinquatur.

XII. Quantum ad vendita & alienata immobilia bona, siue ea vendita sint propter debita, aut onera, quibus erant grauata, siue etiam fisco assignata fuerint; eadem bona verus & antiquus dominus, aut qui sibi iniuriam factam ostendet, recuperare poterit hac conditione: vt quadriennio ea sibi ipsi redimat, & pecuniam emptori restituat, redditusque annuos soluat; in cuius solutionis deminutionem, cedent redimenti prouentus annui ab emptore percepti. Et si qua inter partes difficultas exoriatur, ea sententia legitimi & ordinarij Iudicis decidetur.

XIII. Omnibus ciuibus & incolis vrbis Groningensis, tam Ecclesiasticis quam laicis, licitum erit pro arbitrio suo in vrbe manere, aut in alias vrbes, regiones & loca nulli parti addicta vel subiecta migrare, in ijsque habitare, & nihilominus bonis, fortunisque frui: hac tamen conditione, ne ad loca quæ parent hostibus se transferant.

XIV. Sub hoc pacto etiam comprehenduntur omnes exteri, cuiuscunque qualitatis aut nationis, nunc in vrbe Groningensi habitantes: ita vt in hac vrbe liceat illis habitationem suam (præstando interim iuramentum fidelitatis) continuare, aut ad alia loca nulli parti subdita transmigrare.

XV. Om-

v. Omnia Syngrapha, tabulæ, cautionesque ominum fectorum: omnes literæ & instrumen- a ob pecuniam calendario destinatam, omnes belli oppignorationum, aut prouentuum an- nuorum, ab Abbatibus, Prælatis, virisque Eccle asticis tam aduenis quam indigenis, qui tem- pore huius tumultus in vrbem Groningensem migrarunt, causa sui alimenti & sustentationis confecta, decisioni & iudicio Ordinum, & Magi- stratuum Prouinciarum aut vrbium, in cuius iurisdictione ipsa collegia aut monasteria sita sunt, reseruabuntur: vt in ijs secundum ius & iu- stitiam agatur & constituatur.

xvi. Legati vrbis Groningensis, qui modo in au- la Bruxellensi agunt, vnà cum suis ministris & bo- nis hac actione comprehendentur, modo triũm mensium spatio in vrbem reuertantur.

xvii. Omnes ciues huius obsidionis tempore cap- ti, libertati restituentur, modo prius lytron per- soluerint.

xviii. Vrbis imperium & gubernatio erit penes Magistratum. At Magistratus & iurati ciues hac vice ab Illustribus Comitibus Mauricio & Gu- lielmo Nassouijs, de communi sententia Sena- tus Ordinum creabuntur. Deinceps electio Ma- gistratus fiet secundum antiquam consuetudi- nem, ita tamen, vt loco distributionis fabarum, Gubernator quinque ex vigintiquatuor iuratis ciuibus eligat, qui deinceps ad electionem Ma- gistratus, iuxta antiquam consuetudinem pro- cedent.

xix. Vrbs Groningensis, vti nec subiecta regio, absque suo consensu & voluntate, ad nullos a- lios reges, principes, dominos, vrbes aut prouin-

cias

ciãs poterit transferri, nec in ciuitate arx vlla ædificari.

XX. Magiſtratus, ciues & incolæ Groningenſes Ordinibus generalibus debitũ fidelitatis iuramẽtum præſtabunt, quomodo & aliæ omnes recuperatæ vrbes præſtiterunt.

XXI. Omnis pecunia, apparatus bellicus, annona ſeu commeatus, tormenta bellica, & alia nomine Regis Hiſpaniarum in vrbem Groningenſem miſſa, vel ad illum pertinentia, aut alio quouis modo, tempore huius belli in vrbẽ illata, generalitati aut eius legatis tradentur.

XXII. Milites Regij vrbe Groningenſi excedent, vti & illi facient, qui hactenus iu Schutendiep ſuas ſtationes caſtraque habuerunt.

Deinceps præſidiariorum quoque cauſa ventilata fuit, qui iidem his tandem conditionibus, de vita fortuniſque ſuis pacti ſunt.

Primò, Summus Vicarius Laukema, cum omnibus Centurionibus, & militibus ſuis (exceptis transfugis, qui Ordinibus militauerunt) eorumq; vxoribus & impedimentis liberè abſque vlla vllius iniuria, cum omni ſua panoplia, vrbe Groningenſi, caſtriſque ſuis excedent, nec cuiquã licitum erit eorum perſonas, aut bona arreſto, vt aiunt, detinere: hac conditione, vt ſigna ſua ſuæ Excellent. tradant. Ac deinceps libere & ſincere Drentham ad Gubernatorẽ Verdugium, vbi ille iuuentus fuerit caſtra ſua locaſſe, atque inde vltra Rhenum deducentur. Promittent viciſſim iidem ſe trium menſium ſpatio cis Rhenum Regi non militaturos.

Secundo, Quod eius Excellentia in vſum impedimentorum, mulierũ, puerorum, infirmorum

um & vulneratorũ, qui aliquo modo difficulta-
es & molestias itineris ferre non poterunt, pro-
urabit octuaginta quadrigas, quæ prædictis mi-
tibus ministrabunt, eosque vehent ad loca prę-
icta, sub imperio quorundam Legatorum, cer-
ique comitatus: quos suæ Excellentiæ place-
it ad hoc constituere: vt prædictos milites,
orum vxores & liberos, cum impedimentis
aluos, securosque Otmarsum, aut Oldenza-
iam vsque deducant. Vicarius autem Lau-
emã vice versa hic obsidem relinquet, vnum
x Centurionibus, donec quadrigæ fuerint re-
ersæ.

Tertiò, Omnibus Centurionibus, Præfectis,
regarijs militibus, vulneratis, qui ob infirmi-
atẽ, vulnerũque cruditatẽ in itinere quadrigis
ti non poterunt, post mediocrẽ aut sufficientem
aletudinem permittetur, sub publica fide ad sua
igna reuerti, absque vllo siue terra, sie mari im-
edimento.

Quartò, Capitaneus VVingartus postquã ex-
enfas pro mensa, alijsque necessarijs debitas sol-
ierit, mox absque lytro captiuitate liberabitur,
ibertatiq; restituetur. Idem fiet & ceteris mili-
ibus, annonæ aduectoribus, & aurigis huius
xercitus in vrbe captiuis.

Quintò, Omnia bona, fortunæq; domini Ver-
dugij Gubernatoris, quæ in vrbe Groningensi
sunt, libere tutoque auehentur, & in eum locum,
quem nominabunt hi, qui curã illorũ habebunt,
transferentur, aut in vrbe conseruabuntur, donec
de ijs ipse Gubernator disposuerit.

Sextò, Omnes equi, aliaque impedimenta
ad Præfectos Regis Hispaniarum pertinentia,
nunc

nuncabſentes, liberè abſque vlla contradictio ne dimittentur, & vna cum militibus abducen tur.

Septimò, Omnes incolæ in præſentiarũ Gro ningæ habitantes, cuiuſcunque ſint nationis au conditionis, ſiue officijs fungantur ſiue non, ne mine excepto, tam Eccleſiaſtici (etiam duo pa tres Ieſuitici) quam laici, cum ſuis vxoribus, li beris & familijs, bonis etiã & fortunis, qui cum militibus volent diſcedere, eiuſdem commeatus beneficio, eadem libertate & ſecuritate, qua illi, fruentur.

Octauò, Quod ſi aliquis prædictorum incolã rum vir aut fœmina, impedientibus id negotijs, rebuſque domeſticis, cum prædictis militibus diſcedere non poſſit, minuſque id illi integrum ſit, huic permittentur ſex menſes, à præſentis pacti tempore numerandi: quo tempore in vrbe tuto habitare aut permanere poterit, vt negotia ſua neceſſaria conficiat: deinde cũ bonis & fami lijs ſuis licitum illi erit, quocunque velit, terrà marique proficiſci.

Nonò, Summus Vicarius, Centuriones, Præ fecti & gregarij milites, poſt huius pacti tractatũ abſolutũ, mox abſque vlla longiori mora vrbe Groningenſi & Schutendiepio diſcedent.

Hoc modo vrbs opulentiſſima, quæque ad eũ vſque diem fere inexpugnabilis habita fuit, cũ omni territorio, quod fertilitate ipſi Fri ſiæ palmam præripit, in Mauri tij & Ordinum poteſtatẽ conceſſit.

[B]ATAVORVM NAVIGATIO SEPTENTRIONALIS.

MAritimas Belgicæ prouincias rei naualis apparatu & ſcientia nullis gentibus concedere, quum alia multa, tum inprimis [m]aritimæ expeditiones, noſtro tempore cū om[n]ium admiratione ſuſceptæ, & perfectæ demon[ſ]trant. Qua de re aliorum verba, quam iudici[u]m meum, adſcribere malo. Sic vero ſcribit Io[a]nnes Bochius, Antuerpienſi ciuitati à ſecretis, in [e]o libro, quē de Aduentu & Inauguratione ſere[n]iſſimorum Alberti & Iſabellæ Archiducum & [D]ucum Brabantiæ &c. edidit:

Nemo in rebus Belgicis tam eſt peregrinus, qui [i]gnoret quanta futura ſit ad amplitudinem Prin[c]ipatus acceſſio, maritimis prouincijs, (Hollandi[a]m & Selandiam potiſsimum intelligit) vel domi[t]is, vel pacatis. Si enim ſigillatim omnia expenda[m]us, quæ ad rem naualem & potentiam requirun[t]ur, eas ditiones maxima quæuis regna populoſque [n]auigandi Oceani peritos non æquare modo re ipſa [c]omperiemus, verum etiam ſuperare. Viris in hac [a]rte exercitatis opus eſt? Nuſquam maior eſt fre[q]uentia currentium equis ligneis per cœruleas vias [h]ominum, vt Plautinis verbis vtar. Siquidem claſſi[a]rios ad fidem ſuperantia multa millia in cenſum re[f]erri poſſe, ex fide digno relatu accepimus: qui non [ſ]olum induſtriam & ſolertiam rei nauticæ, communē [c]um alijs maritimis gentibus habent, ſed aduerſus tempe-

tempestates corporum viribus præstant, armis ani misque in nauali prœlio & nautæ; & militis offici perfunguntur, audacia admirabili. Si classis instru enda est, naues præsidiarias siue onerarias ad mariti timi belli expeditionem sexcentas ex his portubus su is educere Princeps potest; & classem procinctan habere exiguo mensium spacio. Idque ob naupegorũ armamentorum, & classici apparatus ac comeatu copiam, &c. Hæc ille.

Ceterum anno XCIV. & XCV. duæ memo rabiles expeditiones, vna versus Austrum, alter versus Septemtriones Illustriss. Principis Mauri tij & Ordinum auspicijs confectæ, fidem eorũ quæ modo dicta sunt, abunde comprobarunt. De posteriori hic aliquid prius dicemus, quod & res non ita multas habeat dignas relatu; & breuiori temporis spacio sit perfecta. Chinæ regnũ amplissimum extremis Asiæ finibus, quà mare Indicum & Iaponiam spectat, velut limbus quidam prætexitur. Quæ de situ, amplitudine, diuitijs, incolarũ industria & artibus, scripta passim circumferuntur, etsi fidẽ superare videntur, veritas tamen eorum nuperis nauigationibus, & vicinorum populorum commercijs, magna ex parte est comperta. Huius opulentissimi, maxime vero auro affluentis regni diuitias Europæ nostræ & longinqua nimis, & difficillima inuidet nauigatio; Hollandis præsertim, quibus præter æstum, morbos, comeatuum, recentis præsertim aquç, penuriam, etiam Hispanica classis metuenda est, lineam transeuntibus æquinoctialem, & promontorium Bonæ spei prætervectis. Aliud igitur iter tentandum sibi rati, quatuor naues adornant, omni

China regnum.

mni apparatu probrè instructas:easq; Septemiones versus nauigare iubent, vt Noruegiam, oscouiam, Lappiam, Tartariam circumuectæ, de in Chinam, Iaponiam, Moluccás insulas, omatum feracissimas, aditum inuestigarent: uem cursum Angli iam antè, vt multò commoiorem & breuiorem, non semel instituerant: priium anno 1553. VVillougbius quidam cum Ricardò Chanceloro: quorum ille omisso recto ursu, in Lappiam peruenit, vbi cum suis frigo, & fame confectus perijt, ac postea cum omni pparatu, testamento, codicillis, ita mortuus est epertus; hic vero in Moscouiam delatus, eum ursum quem Angli & Belgæ hodieque tenent, ostris ostendit. Triennio post, anno scilicet 1556 tephanus Borongus, & post eum ArcturosPotis, & Carolus Iacmannus, Angli itidem, eandé xpeditionem susceperunt; vt & Oliuerius Bruellus, Batauus: qui ad flumen vsque Pezoram enetrarunt. & quanquam hi omnes scribunt, aud ita procul à Transitu se abfuisse, tamen re antum non infecta, redierunt. Horum exemplo ncitati, & inuentis adiuti Hollandi, Oceanum eptentrionalem emensi, eò vsque nauigarunt, t poli eleuationem haberent septuaginta septē raduum. Magnam ibi vim glaciei medio mense ugusto, multaque monstra marina repererunt. laucleris vltrà tendentibus, classiarij incomodis & laboribus fracti, retrouehi voluerunt. Duæ tamē naues, multis insulis prætemauigatis sque nominibus impositis, in fretum inciderūt, uod Nassouianum appellarunt. Patet id ad quinaue vel sex miliaria nostratia, tantæ profunditais, vt naues quantumuis magnas ferat. Inde in

Hollandorum expeditio maritima versus Septemtriones.

mare multo amplius deláti; ſpe pleni, multa ii hyeme domũ redierunt. Ineunte vere anni 1596 duæ iterum naues, eidem ingreſſuræ iter, ex Hollandia ſoluerunt, & Grunlandia à tergo relicta ad octogeſimum gradum, & vndecim minuta peruenerunt. Heic frigus & multo remiſſius quã ſub ſeptuageſimo ſeptimo gradu: nec tanta vis glaciei. quin etiam hinnuli; & alia, quæ gramine veſcuntur, animalia viſa. Verum vbi nulla tranſitus indicia compererunt: retrouecti, diuerſis itineribus loca circumiacentia explorare ſtatuerunt. Ioannes Cornelij, qui nauium alteram ducebat, prius iter ad octogeſimum vſque gradum relegit; ſed nulla re perfecta, reuertitur. Alter vero nauclerus, Guilielmus Bernardi, Nouam Zēlā petit, & circumnauigata plaga boreali, ad inſulam quandam defertur, cui Auraicæ nomen indiderunt. Inde ad Auſtrum conuerſus, dum longo ſpacio in mare proiectam terram circumire contendit, glacie impeditur quo minus progredi, & vlteriora loca indagare poſſet. Nec vero inde ſe prius recipiendi facultas dabatur, quã aqua concreta curſum naui plane omnem intercluſit. Terræ igitur quam proxime poterant adnauigantes, exſcenſionem faciunt: & cum hibernandum ſibi intelligerent in locis ab omni hominum cultu vacuis, caſam è lignis & aſſeribus vndique conquiſitis conſtruunt; commeatus è naui, & quidquid neceſſarium videbatur, exportant, & iam ingruente aſperrima hyeme, in latibula ſeſe abdunt. Ita igitur velut in Cimmerijs tenebris deſidentes, inter ſpē metũque dubij futurã æſtatē præſtolabantur, cũ fame, vrſis, ſed in-[?]rimis frigore ac gelu ſupra omnem modũ conflictati

[..]glacie [h]ibernant

li&ctati. Incredibile dictu est, quæ quantaque fue-
int perpessi: quæ si quis scire cupiat, libellum
dear, siue Diarium, ea de re diligenter conscri-
ptū. Die 24. Ianuarij anni 1597. particula Solis,
cuius dulcissimo aspectu hactenus caruerant, ho-
izontem stringens, ab eis primū ēst visa: sed 27.
demum toto corpore apparuit. Hinc spes aliqua:
quam tamen illud multum imminuebat, quod
nauem & glacie ita circumuallatam, vt immobi-
is plane esset, & armamētis ita nudatam, vt regi
vix posset, viderent. Manere tamen diutius, com-
meatuum prohibebat inopia. Coniunctis igitur
operis, duas apparant scaphas, easque ingressi,
mari se committunt, naui ac domo relictis. Post
multas tandem miserias & labores incredibiles,
postridiè Calendas Octobris, Colam Lappiæ, vt
n ijs locis, non ignobile emporiū, peruenerunt,
ac veluti iam perfuncti omnibus periculis, pa-
triæque vicini, in certissimam spem reditus sunt
erecti: cui etiam fortuna ipsa est suffragata. Alter
enim nauclerorum Ioannes Cornelij, quem so-
cium huius expeditionis fuisse, sed maturè in
Hollandiam reuersum, paullo ante diximus, Co-
læ tum erat, interea dum illi in glacie desident,
ex Hollandia iterum, negociandi causa eò profe-
ctus. Is cum socijs humaniter exceptis, & refe-
ctis, 29. Octobris in Hollandiam appulit. Sed nō
eadem fortuna fuit Gulielmo Bernardi; cuius
morbo confecti cadauer glacialibus illis locis fu-
it humatum; sed scripta asportata, quæ quidem
spem transitus non præcidunt; qui si fuerit re-
pertus, Septentrionales regiones maximis innu-
merisque commodis ditabit. Sunt qui existimēt,

ſi incolæ fluminis portu (vel ſi quis alius commodus inueniatur ad Pezorā portus, freto vicinior) hibernare cum claſſe integrum foret: explorato per ſpeculatores opportuno anni tempore, freti aditu tranſituque, rem facilius poſſe confici. Ego vt hoc verum eſſe non nego; ita illud dubitari maxime video, vtrum mare illud, quod poſt fretum eſt, Oceanus ſit Tartaricus, an verò ſinus tantum aliquis, longiſſime ad Septentriones exporrecta terra, imperuius. Quidquid huius ſit, alijs explorandum relinquimus, aliorum legiſſe pericula contenti. Alteram iam nauigationem, & nouitate admirabilem, & experiundo difficillimam, exponere aggrediemur. Neceſſarium vero non exiſtimamus quidquam de Indiarum ſitu, incolis, mercibus quæ ad nos adferuntur, præfarri: quod hæc peculiaribus deſcripta libris extent: quæ inde petet qui volet. Illud tamen non omittendum videtur, quò magis reliqua aperta ſint legentibus, duplices eſſe Indias, Orientales & Occidentales: quorum hæc alio nomine ab eo qui primus eam detexit, Americo Veſputio, Americæ nomen accepit: & vaſtiſſimas regiones, Peruanam, auro affluentē, Braſiliam, Hiſpaniam nouam, nouam Franciam, Floridam, Mexicanam, & incognitas alias, quà Septentriones ſpectat, complectitur. Hanc noſtri Coſmographi quartam orbis partem fecerunt. Hanc credo noſtri, ideò Indiam vocant, quod maiores noſtri, quum de longinquis, remotiſſimis & incognitis locis loqui vellent, Indiarum nomen vſurparent. Illa verò, quæ ab Indo fluuio eam irrigante appellata eſt, pars eſt Aſiæ continentis, veteribus etiam non incognita: diuiditu

Hollardorum expeditio maritima in Indiam maiorem.

India Occidentalis

India Orientalis.

iditurque in Indiam extra Gangem, quæ nunc
ſt Indoſtan, & Indiam intra Gangem, quæ eſt
Chinæ regnum. Circa hanc innumeræ, vt & per
otum Oceanum Indicum ſparſæ iacent inſulæ:
ed inprimis nobiles ſunt Luſitanorum nauiga-
ionibus Moluccæ, Philippinæ, Sumatra, Iaua
naior: è quibus quum alia mercimonia precio-
iſſima, tum inprimis aromata omnis generis,
naximo cum ſuo lucro in noſtras regiones Luſit-
ani transportant. Huius lucri partem vt ad ſe
eriuarent Hollandi, vt eſt genus hominum quę-
tuum haud negligens, & maritimis copijs præ-
ualidum; quatuor naues adornant, & non tantū
autico ac bellico apparatu, verum etiam omnia
generis mercibus, quas ab Indis experti ſcirent,
nſtructiſſimas emittunt. Earum maxima ducen-
orum; minima verò, è Liburnicarum genere,
iginti quinque nauticorum, quæ vocant, one-
um erat capax. Quarto nonas Aprilis anni 1595.
portu Texeliano ſoluentes, multis inſulis præ-
ernauigatis, pridie nonas Iunii ſub æquinoctia-
em peruenerunt; tantum ibi experti æſtum, vt
on ſolum commeatus corrumperentur, verum
tiam claſſiariorum magna pars grauibus mor-
is corriperentur. Inter hanc lineam & Tropi-
um Capricorni, vbi viginti & tres dies nauigaſ-
ent, breuia, quæ Braſiliæ litori prætenduntur,
on ſine magnis laboribus ſuperarunt. Eſt hic
ocus valde periculoſus, nec minus nauiganti-
us, quam Scylla aut Charybdis formidabilis.
Nam hic, etiam ſereno & tranquillo aere, aſſi-
dua fulmina, & imbres cadunt, continua toni-
rua audiuntur; nec facile naufragium euadunt,
qui in loca hæc vadoſa deferuntur, niſi inter hæc

& maritimam Guineæ oram, mediam veluti viam, peritia ducti, vel fortuna adiuti, ingrediantur. Principio mensis Augusti Bonæ spei promontorium conspexere: à quo non procul se abesse aliquot diebus ante, præter alia argumenta, ex auibus quæ circa ea loca partim nigræ, partim albæ, cygni nonnullæ magnitudine, volitant, conijciebant. Iactis in portu, quem Aguasambres appellant, anchoris; aliquammulti in terram descendunt, commeatus, eos maxime, qui morbis affectis vtiles, conquisituri. Habitat hic genus hominum supra quam dici potest barbarum. Breui sunt statura, sed tamen apta membrorum compositione. Sonum potius & inconditum murmur, ad instar gallinarum glocitantes, edunt, quam sermonem articulatum. Nudi magnam partem incedunt: nisi quod crudarum pellium segmenta soleis sappingunt, & partes obscenas, vulpium, aut aliarum ferarum caudis velant. qui ditiores, pallijs diuersi coloribus vtuntur. Carnibus crudis vescuntur, omasum & reliqua exta cum fecibus auide vorãt; & ossa veluti canes rodunt. Inde oris ipsis graueolentia: quam etiam eminus persentiscas. domus nullæ. Arma illis, lanceæ lato ferro; vnicus ornatus, armillæ ex ebore, quæ & pro lorica: boues habent, vaccas, oues pingui admodum, nec insipida carne. Ouibus caudæ crassissimę. Pro boue aut veruece datus est culter, vel tale aliquod ferramentum. Horum aliquot in naues illatis, tertio idus Augusti versus insulam S. Laurentij, quam Madagascar alij vocant, nauigare cœperunt, ad quam tertio nonas septembris appulerunt. Morbidorum aucto

Aguasambres portus.

Insula S. Laurentii.

umero, rárisq; remedijs, quũ naues vix regi amlius possent, tantisper ibi commorari statuũt, dũ burnica exploratũ è missa, certũ de loco aquaoni cõmodo nunciũ referret. Hic magnus classiariorũ numerus, vi morbi absũptus, & in proxima quadã Insula deserta sepultus, eidẽ loco mororũ Insulæ nomen dedit. Liburnica Cal. Oct. euersa lętũ de dulci aqua reperta attulit nunciũ. ò cũ omnibus nauib. profecti, sexto idus octob. xscensionem faciunt. Mox certatim aduolant arbari, merces magna copia apportant, vendũt, iercantur: pro eximiæ magnitudinis boue, aut ibus ouib. stanneũ cochleare poscunt. Genus oc hominũ forma est totiusq; corporis proporione non indecenti: pudenda panno gossypino bnubunt, cetera nudi: qui tamẽ dignitate inter os præcellunt, pectus etiá eiusdẽ generis panno egant. Bubus ingentia tubera è mera pinguedie in dorso eminent: oues caudas 12. pondo, cuitali longitudine, trahunt. Ingens hic multitudo sittacorũ, turturũ cercopithecorũ. His commolis allecti Hollandi, ægros in terrã exponunt; vt ecenti hausto spiritu commodius reficerentur, auesque interim à contagione purgarentur. Nõ lacuit ea res incolis: ideoq; postera statim, die, ncertũ an metu, ne noui hospites coloniá ibi & edẽ habitandi figerent, an innata sæuitia, de improuiso in eos irruunt, & obuia quæq; è suppellectilibus & instrumentis diripiunt, ægris vix alidorũ præsidio defensis. Communiunt ergo se, contraq; vim parant. Nec diu barbari fefellierunt. Triduo .n. post non minus sæuiter quã quam antea conferto agmine irrumpere conabantur; sed facilè reiecti, vno interfecto, altero

ab Hollaudis intercepto, è quibus vnus itidem barbarorum insidiis circumuentus periit. Eiu: morté alius quidam è barbaris captus non multo post expiauit. Ibi ad decimnonum Calendas Ianuarii commorati, Iauam versus cursum direxerunt; sed morbo inualescente, ad insulam S. Mariæ tertio idus Ianuarii anno 1596. appellunt. Portum ingressis, statim adfuit insulanus, orizam, saccari cannas, mala citria, & gallinas apportans. Quibus rebus quum non ad victum tantum, verum etiam ægrorum remedia indigerent, aliquot ibi dies extraxerunt, fructibus modo dictis, aliisque rebus coemendis. Hic Rex ad eos venit, nulla re nisi nigrore cute præter cæteros, & duobus cornibus, quæ in capite vt Satyrus aliquis gestabat, conspicuus; dæmonem potius aliquem quam hominem repræsentans. erga peregrinos tamen comem se præbuit; ab iisdem etiam liberaliter fuit donatus. Ad decimum Calendas eiusdem mensis in sinum Antongilensem peruenerunt. Magna hic earum rerum quæ ad victum pertinent abundantia. Ad litus statim adfuerunt, qui comiter in terram vt egrederentur inuitabant. Hollandi, barbarorum immanitatẽ iam ante experti, obsides poscunt: quibus datis commercia exerceri cœpta sunt. Insulæ latitudo ad decem miliaria patet: tergum eius quatuor aliæ minores insulæ claudunt, è quibus minima cultores habet, reliquæ desertæ iacent. Ex alto mari in flumen ingressis, ad læuam oppidum occurrit immunitum, ducentarum circiter domuum: ad dextram duo alia occurrunt, sudibus cincta. Casæ, alga marina vel stramine contectæ, quatuor vel quinque ligneis columnis innituntur,

Antongil sinus.

tur, & duos circiter pedes à terra sustolluntur; ad vitandos noxiorum animalium, quæ multa ijs in locis, serpentum, lacertorum, chamæleontum, morsus. Incolæ nec simis adeò sunt, vt ceteri Aethiopoes, naribus, nec tumidis & prominentibus labris, nec crispis crinibus. Potum è melle & oryza confectum auidissimè potant, crapulę supra modum dediti. Arma gerunt (sed hi rari) lanceam nouem circiter vel decem pedes longam; & clypeum è ligno. Torques è corallijs & vitreis globulis concinnatos magni faciunt; eoque ornatu vnicicè superbiunt. Rex brachia habet quinis vel senis æreis circulis onerata potius, quam ornata. Nudi omnes incedunt, nisi quod pudenda subtilissimis arborum corticibus velant. Tota insula pagos habet frequentissimos, felix citriorum, oryzę, gallinarũ, hœdorum, mellis, aliarumque rerum prouentu. Tertio nonas Februarij vehemens tempestas Hollandorum classem ita afflixit, vt ruptis funibus, anchorisque abruptis, naues fluitarent, atque in altum vndarum vi propellerentur. Ex hoc periculo dum se colligunt, & ad pristinam stationem regrediuntur: barbari scaphas ad litus relictas confringunt ac comminuunt, clauos, & quidquid vspiam ferramenti repertum, auidè diripiunt: quod existimarant, vt credibile est, omnes mari haustos nunquam eò redituros. Vbi redeuntes eos conspexerunt; magno numero armati in litus confluunt, truces & minabundi. In propius aduectos mox lapides conijciunt, descensum quacunque ratione prohibituri; siue quod vltionem metuerent, siue quod peregrinorum cosam tęderet, innata barbaris

omnibus

omnibus leuitate; aut insidias sibi fieri suspicarentur. Hollandi, etsi omnia hostilis animi in insulanis indicia, vim etiam viderent: humaniter tamen eos appellant, rogant vt negociationem consueto more continuarent. Sed quum obstinatos, & certatim missilia iacientes viderent: arma expediunt, & exoneratis tormentis tormentis octo vel nouem traijciunt, reliquis fuga per auia & syluas dispersis. inde egressi, casis vicinis circiter viginti ignem inijciunt. Quum hic omnis spes negociationis præcisa esset; alterum latus insulæ petunt. Sed & hic insulani tergiuersabantur, difficilesque se præbebant. Quum precibus nihil efficerent, flammas casis subiecturos se, nisi commeatus pro precio suppeditarentur, minantur Hollandi. Ita impetratos, nauibus important. Pridie idus Februarij soluunt: & continua nauigatione ad Sumatram, Taprobanam veteribus, pridie idus Iunij appellunt; loco ab hominibus vacuo. Mox aquationi se accingunt: Liburnicam interea vicina loca explorare, & commeatuum, quod posset comparare iubent. Ad famam aduentus peregrinorum eius loci regulus statim obuiam Hollandis est profectus; vir austero vultu, nigris oculis, crepidinibus eorum valde latis, rara barba, mystace tamen mediocri. Vestitu vtebatur Turcico, magnaque erga peregrinos reuerentia. Eius ministri donum Hollandis offerebant, folia quædam quæ calci permista assiduè mandunt. Reliqua turba incolarũ nuces Indicas, melones, cucumeres, allia, cepas, piper aliaque id genus vænum apportauit. Hic quum

Sumatra siue Taprobana insula.

merces

erces suas Hollandi ostenderent, easque cum
pere alijsque aromatum speciebus permutare
velle significarent, Bantam omnes in sermo-
e ferebant. Eum esse locum, vbi omnia quæ
ptarent, magna copia prostarent. Con-
ucto igitur qui viam commonstraret, eorum
corum artisque nauticæ perito homine, mul-
s insulas exiguas prælegunt, ac decimo Ca-
endas Iulij ad Insulã quandam, tria miliaria à
anta distantẽ, anchoras iaciũt. Interea Lusitani
liquot Banta aduehuntur, in hoc missi, vt qui-
i essent, qui aduenisse dicerentur, quoque con-
lio venissent, vrbis præfectũ edocerent. Respõ-
ent Hollandi, mercatores se esse, commercia
um ipsis exercituros; simulque mercimonio-
um aliquam partem ostendunt. Ibi Lusitani,
ommodissimè istum in locum appulisse di-
unt. Terram enim esse piperis feracissimam;
iusque Bantam vrbem veluti horreum. Eme-
e volentibus etiam alias aromatum species
on defuturas. Ad vrbem ergo, sublatis an-
horis, propius accedunt, & stationem sibi
ligunt ad insulas quasdam ad Septentriones
rbem contra sitas, eo ipso die Sabandar, qui
ignitate post Regem præcipua est, cum eis
ongreditur: & cognitis aduentus caussis,
nulta beneuolè liberaliterque promittit. Se-
uentibus diebus magna quotidiè turba omnis
eneris merces aduehentium ad naues com-
neabat. Interregnum tum Bantæ erat; Rege
d Palimbam, quam oppugnabat, non mul-
o ante interfecto. Reliquerat is moriens tres
xores, quarũ natu maxima vix annos quidecim
explebat

explebat; & puerum, ad quem successio pertinebat trimestri ætate, ei tutor datus, qui interea regnum administraret, quem sua lingua Quiparem nuncupant. Is, missis prius qui vt obuiā sibi Hollandi procederent, monerent, magno cum comitatu hominū, è quibus complures Lusitanica lingua peritè vtebantur, naues est ingressus, liberaliterque acceptus, & regio dono oneratus, vt in vrbem veniant, humaniter inuitat: nulla in re se eis defuturum. Calendis igitur Iulij mittunt aliquos, qui de commerciorū fide cum rege paciscerentur: qui contractus literis non tantum cupidè subscripsit, verū etiam voce liberum se illis commeatum præbere, vltrò est testatus. Sic tandē fide data & accepta, ædes sibi comparant, in quibus merces suas exponerent, & negocia exercerent. Diebus aliquot eundo redeundo, emendo vendendo transactis, prorex Hollandos, vt ab insidijs sibi cauerent, monet. Lusitani enim quanquam fauoris & amicitiæ signa præ se ferebant, immani tamen odio inuidiaque in Hollandos flagrabāt. Aegerrimè enim ferebant homines auari, de lucro sibi aliquid decedere. Sed illud magis crediderim, sperasse impios homines facile tam paucos subuerti posse: naues cum tanti pretij mercibus sibi prædæ relictum iri. Eam ad rem commodissima eis visa est opera cuiusdam magna quidem nobilitate (pater enim vniuersæ Iauæ imperium gesserat) sed multis flagitijs infamis viri, qui circumiens suspicionum caussas contra Hollandos serebat, nobiliumque animos verbis exasperabat. Interim tamen, dum captat tempus cogitata perficiendi accommodū, egre-

iè fingit beneuolentiam : adit, compellat ami-
è, & octauo idus Iulij quotquot classiariorum
nunere aliquo erant insignes, ad conuiuium
landissimè inuitat. Hollandi de insidijs admo-
iti, gratijs homini actis, tempus & negocia ex-
usant. Hoc ille successu frustratus, Iacatram, a-
am oræ maritimæ vrbem, se recipit: quo con-
lio, posteà dicetur. Sed antequam ea, quæ post-
a acciderunt explicem, visum est pauca de si-
a Bantã vrbis, incolarum moribus & institutis,
icere. Vrbs hæc primaria est totius insulæ, sita
a parte quæ Sumatram respicit, à qua viginti
rciter quinque miliaria maritimo itinere ab-
t. Vtrumque eius latus amnes interluunt, non
li quidem nauigiorum patientes, qui tamen
colis Mahumetanæ superstitioni addictis, &
tione multum vtentibus, multas commodita-
s præbent. Muro lateritio cincta est, tenui ad-
odum, nec contra vim satis firmo: propugna-
ıla tamen habet non inscienter fabricata; in
ıibus ænea tormenta passim disposita: quæ ta-
en peritè tractare nesciunt. Aedificia omnia
arundinibus & stramine sunt exstructa; qua-
orque palis ligneis sustinentur: ditiorum, ta-
en conclauia cortinis sericis vel gossypinis
tergerinis separantur. Plerasque omnes do-
us arbores, quę nuces Indicas ferunt (Cocos
ocant) inumbrant. Mercatorum non vrbs tan-
m, verum etiam suburbia, quæ circa eam, ple-
a sunt. Fora septem habet frequentissima: pri-
um cibarium; vbi quæ ad victum pertinent,
uotidie venalia habentur, gallinæ, milium, o-
yza, poma, fructusque nobis incogniti, aranæ,
oci, bonanæ, mangæ, dorianæ, quarum descrip-
tione

tionem in Ioannnis Hugonis Itinerario vider est: vuæ, mala citria, aurea punica, cucumeres melones, allia cepæ. Panis loco vtuntur placentis ex oryza confectis. Bubulam carnem in precio habent. Bos enim octo vel nouem Philippeis æstimatur. Inde forum est piperi vendendo destinatum: quod tamen passim quoque vend solet: tertium vasa habet quæ porcellana nobis appellantur, è China aducta: in quo eodē mercatores conuenire & inambulare solent: quartum est forum piscarium: quintum boarium vel suarium; sextum cultrarium: septimum denique scutarium. Templum vnum tantū habet ligneum, Mahumetana superstitione infectum; nobilibus tamen sua domi priuatim sunt sacella, & veluti lares. Omnes vrbis regiones lutosæ sunt, plateæ incompositę, pōtes nulli. Incolæ partim ciues sunt αὐτόχθονες, partim inquilini. Bantenses superbo sunt & elato animo: sed minaces magis quam pugnaces, mendaces, fures, perfidi. Vinum ex Mahumeti legibus nullū bibunt in aperto: clandestina tamen & nocturna conuiuia, quę plerumque in Chinensium domicilijs, cupide sectantur. Idem omnium est vestitus. Medium enim corpus panno gossypino, nonnulli serico inuoluunt, brachijs & pedibus nudis exstantibus. Capite nudo plerique incedunt: qui Mahumetanæ religioni addictiores sunt, cidari, siue Turcico pileo vtuntur. Colore sunt subfusco & liuenti. Pugiones ferunt flammatos; quorum manubria formam tetram, veluti cacodæmonis alicuius, repræsentant. Hoc armorum genere omnes cuiuscunque conditionis aut ætatis vtuntur, plu-

Incolæ vrbis Bantam & eorū mores.

rimum-

imumque confidunt: inermem conspici, pro-
rosum habetur. Bella facilè suscipiunt, & cru-
eliter exercent: in quibus præter Crissas (ita
nim pugiones suos nominant) lanceas etiam
t clypeos gestant. Vindictæ cupidissimi sunt.
egni enim vicarius Hollandis magnam obtu-
erat piperis copiam, vt in expeditionem con-
ra Palimbanos, à quibus Regem occisum supra
iximus, secum proficisci, regisque mortem
lcisci vellent: quod facere illi multis de cau-
s abnuebant. Ciuium nobiliores magna ex
arte villas habent & prædia rustica, quæ à
ancipijs coluntur. Vxore vna non sunt con-
enti, præter homines plebeios, quibus res an-
usta domi; ceteri quot volunt, ducunt. Di-
ortij caussas & sollicite quęrunt, & facile in-
eniunt. Vxorum custodię eunuchi sunt appo-
ti. earum conclauibus non serui tantum &
ognati, verum etiam filij prohibētur. Totam
octem in culcitra supposita volutantur, Bete-
rum folia mandentes: astat interim ancilla,
uæ tergum & alias corporis partes fricat.
Concubinæ eam quam vir eximiam habet, quę-
ue matris familias munere fungitur, vt
pud nos pedissequæ honestas matronas, co-
itantur. eędem raro pariunt. Prægnanti-
us enim dominæ potionem clanculum miscēt,
uo partus abigatur. Mulieres omnes vendun-
ur & emuntur. E vestitu locupletes, à tenuiorib.
on facile internoscas. oēs .n. pectus sindone,
eliquum corpus alio quodā panniculo habent
btectū. Crines in vertice nodo colligūt. In nu-
tiarū solennitatib. coronas aureas capiti impo
ūt, armillis insuper ornatæ. Corpore mundiss.
sunt

ſunt ob frequentem lotionem. Quotieſcunque enim eorum aliquod operum faciunt, quæ natura fert, pudor vetat dicere, continuo collotenus aquæ ſe immergunt. Vnde aqua præterfluens infecta admodum eſt: quæ pota facile non morbos tantũ, ſed ipſam quoque mortem afferat. Sui generis fidibus vtuntur, ad quarũ pulſum totas noctes ſaltant, raro ſubſilientes, sed corpus, humeros, brachia non inconcinno motu flectentes. Qua in re vix vlla alteri concedit: vt ſcilicet viri fauorem ſibi promereantur, qui ceu gallus inter gallinas medius interea humi ſedet, cum mulieribus ſe oblectans. Negociatores partim Iauani ſunt, partim peregrini. Illi fructus, quos terra illa fert, tractant; hi verò merces exoticas. Confluunt verò ex inſulis & locis vicinis, Malaca, Bengala, Malabare, Guſarate, Pegu, Moluccis, Banda, China. Bandanenſes inſulani myriſticas apportant nuces; tanta vilitate, vt bilibra ematur ſeſquiſtufero: ſtuferos verò 46. habet dalerus imperialis. His enim nominibus vti malo, vt intelligar, quam vetera cum noſtratibus, à quibus tamen nimium quantũ differunt, confundere, vt ſcire aliquid videar. Gariophylla Moluccæ mittunt; quæ à Luſitanis vt plurimum coemuntur. Præcipuam mercaturam Chinenſes exercent: genus hominum ſolers, acutum, laborioſum. Quotannis circiter Ianuarium eò commeant, ſecumque adferunt vaſa porcellana, veſtes ſericas, damaſcenas, aurum ductile, ferrum, & ex eò vaſa quædam, ſed pauca, numos quibus in contractibus vtuntur Iauani. Quæ è materia cum ſint, neminem vidi qui potuerit dicere: quanquam ad

Chinenſes quales.

umbum quã proxime accedit. Rotundi ſunt, medio foramen amplum quadrangulare. Hos cenos infilatos circumferunt, 12000. Philipum faciunt. Si aliquantiſper ibi commorari animus: non ædes tantum, verum etiam feinam conducunt, quam vxoris loco habent. m diſcedentes ſuis reſtituunt; liberos ex ea tos ſecum abducunt. Religionem nullam cont: Deum tamen eſſe fatentur, ſed pro eo diaolum adorant. Deum enim beneficum eſſe aat, nec hominibus metuendũ: at apud Diabom, qui nocere poſſit & velit, deprecationibus e opus. Plura non addo, quæ apud alios deripta reperiuntur: ſed ad inſtitutam redeo rrationem. Luſitani toto menſe Auguſto ni l aliud egerunt, quam vt curſando, prenſando, lumniando, quacumque poſſent ratione, Hol ndos à negociatione excluderent: quumque rum primò efficerent, quod barbari argentas facile audiant querimonias, pecunia tandẽ m vicario deciderunt, vt non tantum commera cum Hollandis ceſſare edicto iuberet, verum iam nouem ex ijs comprehenſos, quarto Calendas Septembris cuſtodiæ includeret, & quod vrbe mercimoniorum haberent, quorum preum ſex millia aureorum excedebat, ad ſe traſrret. Quod vbi inter nautas percrebuit; connuo itidem interpreti, & alijs inſulanis, qui m caſu apud ipſos, manus injiciunt. Hac re ppidani magis exaſperati, ni ſui quam primum beri pimittantur, omnia ſe pœnarum exempla captiuos edituros minantur. Sic ergo, maxie captiuorum rogatu, dimiſſi illi: ac dies aliot hinc inde mandata & conditiones ferendo

Hollandi mercatura prohibentur.

capiuntur

transfacti. Tandem quum Bantenses nihil æqı
responderent; vim experiri decreuerunt Ho.
landi. Nauibus igitur quam proxime possur
ad vrbem admotis, tormentis vrbem conuerbe
rant, quorum vi non ædificia tantum lacerat:
sed etiã multi incolarum sunt interfecti. Ne
segnius Lusitani murales marchinas displodun
sed multo imperitius, ac proinde minori, imm
nullo hostium damno. Neque enim quisquar
perijt: vna tantum malus percussa. Vtque ni
hil prorsus quoalter alteri nocere posset, inte
mitteretur: tria Iauana nanigia primum, nuci
bus, piscibus, garyophillis, alijsque fructibu
onerata abducunt: quartum ne in hostiũ manu
veniret, Lusitani cremarunt. Septimo idus Sep
tembris rursus satis asperum prœlium editum
fuit. Nauigium Iauanum (Iuncam barbaris) in
sequuntur Hollandi. Condit se post insulam n
procul inde sitam. Ibi arenis adhæret Hollan
dorum Liburnica. Mox conuolant oppidani, ce
loces suas expediunt, remis propellunt, rat
nullo negocio, solam relictam capi posse. Aci
instructa, septem à tergo, octodecim à front
immittunt. Interea ex arenis eluctati Hollandi
diligenter ad vim excipiendam sese parant: ir
propinquos iam, & confertim irruentes tormẽ-
ta exonerant. Depressa vna celoce, reliquæ ir
fugam vertuntur; Hollandi ad suos redeunt,
haud paruo periculo defuncti. Dum assidue ir
vrbem iaculantur: captiui suos de periculo, in
quo versentur, certiores faciunt: rogantque vt
à vi abstinere velint. Eodem modo vicarius
scribit: si quiescant, captiuos lytro persoluto,
dimissurũ: sin pergant, breui se adfore, insolẽ-
tiam

Inuadũtur

ìm eorũ repreſſurum. Reſpondent Hollandi; tis diu iam ſibi verba data eſſe: porro id fieri on paſſuros, dimitteret captiuos, tumultum nnẽ ſtatim ceſſaturũ. Si armis experiri velit; imvero id licere: nec ſe in mora futuros. Fru- ra inde per dies aliquot exſpectato reſponſo; nta aquæ dulcis penuria extitit, vt ſtationẽ ad ntã deſerere coacti ſint. Aquatum igitur pro- cti, ab idibus Septembris ad Calendas vſque ctobris vicina littora peruagantur, poſtque ulta tandẽ pericula pridie Nonas Octobris; mũ ad Bantam reuertuntur. Iauani abitum eũ l fugam potius interpretati, captiuos à ſuis iã, exiſtimabant, deſertos, ad Mahumetanam npietatem pellicere, vi denique pertrahere nabantur, & Luſitani eos ſibi in nexum áddi- ac mancipari acerrime inſtabant: ſed ſoci- um reditus iam pene deſperantibus ſalutem ddidit. Nam quinto idus Octob. in has con- tiones eſt conuentum, vt captiui redderentur; ollandi bis mille Philippeos proregi lytri no- ne numerarent, liberiſque commercijs poſt- fruerentur: quæ tamen pax non fuit diu- rna. Paucis enim diebus poſt vicarius, Lu- anis ſuggerentibus, alios mille & quadrin- ntos portorij nomine exigit Philippeos. Pa- conuenta prætendentibus, linguam ſibi ſu- nihil præiudicare, aut commodum inter- rtere debere, reſpondet. Sic rurſus interpel- a negociatio tandẽ octauo Cal. Nouemb. pla- fuit ſublata: quo die à Malacenſi præfecto ſſus legatus decem aureorum millia Banta- nſi proregi dediſſe ferebatur, vt explorato- s (tales enim videri volebat) non commercijs

dimittun- tur.

tantum, verum etiam regni ſui finibus prohiberet. Naues igitur quas poſſunt diripiunt, & Iacatram aliud Iauanorum emporium, ex aduerſo Sondæ Galapæ ſitum, contendunt. Ibi vltro citroque datis obſidibus, de rebus neceſſarijs ſibi proſpiciunt. Quartò Nonas Decembris ad Tubam & Sidaram anchoras iaciunt. Adſunt ſtatim incolæ, merces ſuas offerunt, nuces myriſticas, poma omnis generis, garyophilla. Inter alia dona auis erat, Emim incolis; prunas aliaque ignita degluriens: quæ viua Amſterdamum, atq; inde Hagā Comitis perlata, rei incredibilis, plane certe admirabilis fidem omnibus fecit. Eius loci Rex pridie Nonas Decembris Hollandis nunciari iubet, ſe poſtero die naues inuiſere velle; quas ad dictum diem ornant Hollandi, omniaque ad Regem magnifice excipiendum parant. Circa meridiem nouem nauigia mediocria, vectorum plena, conſpiciunt. Ex ijs aliquot ad onerariam, cui Amſtelredamum inſigne & nomen, remis, velilque contendunt: reliqua liburnicam petunt. Officiarij, qui in naui Amſtelredamo erant, Regem adeſſe exiſtimantes, in foris aduenientes exſpectant. Qui nauim iam ad ducentos erant ingreſſi; ferrum mox ſtringūt, & duodecim vno pæne momento conficiunt, inque ijs præcipuæ auctoritatis viros. Duo, licet ſaucij, acriter ſe defendunt, interea dum qui in interiori nauis parte erant, tumultu exciti, barbaros haſtis, contis, gladijs per tabulata fodiūt, ac proturbant. Inſtructis deinde tormentis, atq; igne ſubiecto, in fugam barbari præcipites compelluntur, in qua multi perierunt. Qui lyburnicæ inſidiabantur, animaduerſo ſociorū ſucceſſu, magn

Emim, auis pruniuora.

nagna cum trepidatione ſeſe recipiunt, nihil
uſi: quam valde auxerat Hollandorum è naui-
us in cymbas ſeſe eijcientium, & vndique ad
uxilium ſocijs ferendum conuolantium mira a-
critas. Gentem hanc inſigni quadam feritate
ſſe, ex eo intelligi poteſt, quod in mortuos eti-
m ſæuirent. Hic quum diutius commorari o-
eræ precium non videretur: nauibus inde ſolu-
is, octauo idus Maduram inſulam ampliſſimam
enuerunt. Eodem ſtatim veſpere inſulanorum
uidam, lembis aduecti, peregrinos humaniter,
t videbatur, excipiunt, ſui Principis nomine
nultā ſalutē nunciant; quem intra paucos dies
dfuturum dicunt. Piper interea ſi emere velint,
icere. Biduo poſt, ſexto ſcilicet idus Decem-
ris primum magnū, inde tria minora nauigia
d Hollandorum naues contendunt, principem
deſſe renunciant. Mox coniuncta ad Amſtelre-
lamum nauem, quam ſuperius magnā cladē ac-
epiſſe, & claſſiarijs non paucis nudatam dixi-
nus, iter affectant. Monent Hollandi, curſum ad
liā nauē, cui Mauritius nomen, diuertant. Quod
uum facere detrectarent, nihilque de curſu in-
tituto intermitterent: deprehenſis inſidijs, in
ropinquos tormenta tam maiora quā minora
xonerant, ac magnam ſtragē edunt. Hoc modo
xcepti barbari, fuga ſalutem quærunt: multi
auigiorum ſuorum, Hollandis prementibus,
elocitati diffiſi, in mare ſe eiecerunt, & ad litus
natarunt. Duodecim capti ſunt, qui inſi-
iarum ordinem conſiliaque inſulanorum ape-
uerunt: è quibus itidem Mahametanos eos eſſe
ntellectum eſt. His dimiſſis, quum Moluccas
etere tam tenui rerum omnium apparatu, max-

Mahumetanorum perfidia.

 ime

ime vero tanta classiariorum paucitate, nimi arduum videretur: de communi sententia in pa triam redire statuunt. Diebus igitur aliquot i reparandis nauibus & commissuris ferruminā dis consumtis: quum pauciores se iam animad uerterent, quam vt regere omnes quas adduxe rant naues possent: vnam earum, Amstelreda mū, exportatis commeatibus & armamentis comburunt. Cum tribus reliquis Iauæ litus le gentes, in insulam Bally appellunt. Ibi comite & cum fide tractati, amanterque dimissi, quin to Nonas Martij, anno 1597. vela in altum de derunt, commeatibus non ita multis instructi à quo die vsque ad octauum Calendas Iunias non sine maximis periculis & difficultatibus continenter nauigarunt; quarum tamen leuamentum in Sanctæ Helenæ insula, in quam exscendere, quæque necessaria, comparare sibi statuerant, nacturos se sperabant. Est enim insula hæc vastissimo illi mari, veluti diuino consilio ad nauigantium vsum iniecta, fontibus, capris, alijsque animantium generibus, ac terræ fructibus abundans. incolas nullos habet, quod regis Hispaniarum edicto prohibitum sit, ne quis in ea stabilem sedem sibi figat. Solent tamē Hispani ad Indias commeantes, ægrotos hic exponere: quos postea redeuntes pristinæ sanitati restitutos inueniunt, secumque auehunt. Portum habet commodissimum: à quo non procul sacellum, & pergulæ quædam in vsum ægrorū. Tota referta est altissimis montibus, in quibus innumeri caprarum syluestrium greges errant. Valles riuis & fontibus amœnissimis scatent, omnis generis arboribus, quum natiuis, tum

Bally Insula.

S. Helenæ Insula.

aliunde

liunde importatis consitæ. Aer saluberrimus
st: piscatio adeo copiosa, vt vel sola maximam
ominum multitudinem alere possit. Tum quod
aput est, aquatio ita commoda, vt commodi-
r optari vix queat. Huc igitur cursum diri-
unt Hollandi, difficultatibus quibus preme-
antur, remedia quærentes. Verum ecce dum
ropius ad portum accedunt: corbitas tres Por-
ugallenses conspiciunt; quarum metu altum
epetunt, ac continuo cursu omnia illa maria
nensi,, idibus Augusti in Hollandiam appel-
unt: toto itinere vndetriginta mensibus confe-
to. Etsi vero mercatoribus non admodum quę-
uosa fuerit hæc expeditio, quum ob diuturnos
multiplices sumptus, tum detrimenta, præ-
ertim vna nauium exusta, complura accepta:
ultis tamen animum addidit, vt non tantum
Iauam maiorem, verum etiam alias nobis
icognitas oras diuersas classes emiserint: ita
t sequenti anno supra octoginta naues, om-
ibus rebus instructissimæ, ex Hollandiæ &
Selandiæ portubus in Indias tam Orien-
tales quam Occidentales, aliasque Insulas profectæ
sint.

Hollandi domum reuertuntur

P 4 GADL.

GADITANÆ INSVLAE ET VRBIS EXPVGNATIO.

Qvamuis hæc expeditio Anglorun præcipue viribus perfecta sit: Belgas tamen Confœderatos magnun quoque adiumentum ad victorian attulisse, ipsius Reginæ constat testimonio, qua scriptis ad Duuenuordium Batauorum thalassiarchum literis, tam ipsius quam militũ virtutẽ tam sincere quam vere collaudauit. Nos historiam enarrabimus.

Expeditio Anglorum Gaditana

Classis Anglicana, quæ die tertio decimo mensis Iunij, adiunctis Hollandorum viribus, è portu Pleimutensi soluit, ac nonnullas Hispaniæ oras prætervecta, Gadeis appulit. Est hæc parua insula, cum vrbe eiusdem nominis, Africæ obiecta, commodissimũ habens portũ. Stabant ibi in anchoris multæ regiæ naues, commeatu ac milite instructissimæ; nec non onerariæ quædam mercatorum, magnam vim preciosissimarũ rerũ in Indias conuecturæ. Prædæ inhiantes Angli remis velisque eò contendunt, ac tandem ventorum vi compulsi, ad eam oppidi partem, quæ Occidentẽ spectat, non sine periculo, anchoras iaciunt. Exscensionem molienteis & maris tempestas, & Hispanicarũ triremium metus prohibuere. In posterum diẽ dilatâ, reclamante multũ Essexio, qui terrestribus copijs summo cum imperio præfectus erat; multæ rei benè gerendæ Anglis ereptæ sunt occasiones

cafiones. Subito enim eorum & necopinato aduentu oppreſſi claſſiarij Hiſpani primo trepidare, & quod infrequentes eſſent, nil niſi fugam meditari; ſed quũ hoſtem cunctantem viderẽt, colligere ſe, in commune conſulere, ac quibus ſe ſuaque tueri ac conſeruare poſſent, rationes inire cœperunt. Calendis Iulij claſſem ſuam Angli in medium Hiſpanorum immittunt: ſed acriter excepti, tum portus anguſtijs excluſi, quod plures quinis nauibus ſimul pugnare nequirent, vadis etiam, æſtu relabente, impediti, ad ſuam ſtationẽ ſe receperunt: quo in conflictu nauis Hollandica, cui Delphin inſigne, flammis correpta perijt. Hiſpani qui viribus & numero multo ſe inferiores animaduerterent, quã vt ſecundũ impetũ ſuſtinere poſſent; incredibili labore quas poſſunt naueis in portum regalẽ, quẽ appellant, deducunt, Anglis, qui omnem fugæ exitum interclusum exiſtimarent, ocioſe ſpectantibus: nauẽ prætoriam, eximiæ magnitudinis, à Philippo rege denominatam, hoſtium prædæ relinquunt, fomite ita attemperato, vt quũ hoſtis eam iam iã occupare vellet, puluis ignem conciperet, ac denſiſſimo cum fumo & horrendo tonitru, magna vi, ceu telũ neruo excuſſum, malũ in aera ferretur, atque incendiũ late ſparſum vicina quæque ambureret. Sed hęc res plus terroris Anglis attulit quã damni; qui duas ex his nauibus (eodem enim ſtrategemate in alijs quoque Hiſpani erant vſi) integras abduxerunt. Interea milite in terrã expoſito, Eſſexius vrbem oppugnare aggreditur; cui ſe non procul ab oppido equites quingenti & ſexcenti pedites in via obijciunt, qui ad famam Angli-

canæ claſſis è propinquis locis, oppido defendendo, confluxerant. In hos Eſſexius volũtarios, ductore Ludouico Naſſouio immittit: à quibus fuſi ac fugati perturbatis ordinibus, in vrbẽ cõpelluntur. Permiſti Angli Hiſpanis, dũ eos inſequuntur, vallũ ſuperant, portas occupant, & toto foro iã volitãtes, paucis reſiſtentibus, mox ad prædã ſe conuertunt. Præſidiarij ciues, qui ſupererant, in arcẽ confugiunt, tantiſper ibi ſe defenſuri, dũ obſeſſis auxilia è locis adiacentibus ſubmitterentur: ſed quũ pontẽ, qui continentẽ inſulæ iungit, ab Anglis iam occupatũ, omnẽq; aditum interclusũm cernerent, cũ hoſte paciſcũtur, ac datis obſidibus 120. ducatorum millibus, vitã fortunaſq;, quas paucas ſecum aſportauerant redimunt. Ita dimiſſi: obſidibus poſtea, donec ea pecunia ſolueretur, in Angliam abductis. Præter eas quas Anglorum imprudentia elapſas diximus naues, ceteræ, onerariæ præſertim, in magno verſabantur periculo, vtpote quæ neque effugere poterant ob loci naturam, nec ſatis virium ad ſe defendendum habebant. Mercatores igitur ad quos eæ pertinebant, cum Eſſexio per certos homines agunt, atque ita tandem tranſigunt, vt duos ſcutatorum miliones numerent, eaſque ſaluas abducant. Dum eunt qui mercatoribus in quas conuentum erat conditiones renuncient: ecce tibi, aliud mandatũ à Duce Medinæ Sidoniæ affertur, ignem inijcere omnibus nauibus, & quidquid ſupereſſet flamma corrumpere, regia auctoritate, qua ijs locis præerat, iubente. Id ſine vlla mora factum: atque ita triginta duæ inæſtimabilis precij naues conflagrarunt, Anglis nequicquã tam

Naues Hiſpanicæ incenſæ.

opimum

opimū sibi bolum è medijs veluti faucibus ereptum frementibus, nec non ægre ferentibus Hispanis mercatoribus (ad has enim maxima pars damni redundauit) qui iacturam aliquam facere, quam omnia amittere maluissent. Direpta vrbe, ac fœdum in modum vastata, inter Anglos deliberatur, præstaretne præsidio eam firmatam tenere, vel incensam relinquere. Multis vtramque in partem allatis rationibus, cum dissensio orta esset inter præfectos, in illam tandem sententiam itum est, deserendam vrbem esse, quod commeatuum maxima parte absumpta, in longe dissito solo, & ab hostibus vndique circumsesso, defendi non possit. Die igitur decimo quinto Iulij signum receptui dant Angli, ac prædam in naues comportant: domum redeuntes ab Hispanicis quibusdam Liburnicis à tergo inuaduntur, hippagine Hollandica, cum parte aliqua prædæ intercepta. Sic oras Hispaniarum & Lusitaniæ legentes, ab incolis metu desertas, in Angliam tandem redeunt, adulto iam mense Augusto, inuito admodum & repugnante Essexio, qui non solum alios portus ijs in regionibus nauali apparatu nudare, verum etiam Indicam classem, quam tum non procul abesse veris argumentis coniectabat, obseruare, &, si forte, intercipere, & facile & consultissimum ducebat. Sed enim arcanæ sunt fatorum viæ: sæpeque quæ temeraria videntur, fortunatum habent consilia euentum; econtra sapienter ab hominibus cogitata, infeliciter nonnunquam cadunt. Equidem illud existimo, æqualem duorum, præsertim in bellicis rebus, vbi bis peccare vix licet, potesta-

potestatem, sæpe rebus præclare gerendis fuisse impedimento.

HISPANICÆ COPIÆ AD TVRNHOVTVM A PRINcipe Mauritio profligatæ.

Hispanorũ ad Turnhoutum clades.

ADulta hyeme Austriacus Dertolam, vnam ex insulis Zelandicis, tentare statuit, iis ante pecunia corruptis nonnullis. Sed detecta conspiratione, auctoribusque punitis, aliam occasionem rei bene gerendæ captandam ratus; copias non contemnendas Turnhoutum (is Brabantiæ vicus est) misit, quę, frigore concretis aquis, in hostilem agrum aliqua irrumperent. Vniuersis copijs præerat Varaxius, diuturno vsu militiæ & prudentia clarus. Hic exercitus dum ad Turnhoutum desidet, stipendiaque tardius aliquanto soluuntur; pagos vicinos multis damnis affecerat; Antuerpiensibus etiam hortorum, molarum, & quidquid nancisci poterant, deprædationibus, valde erant molesti. Scribit ergo ad Antuerpienses Austriacus, ad stipendia militibus soluenda triginta scutatorum millia numerarent: ita facile in officio contineri posse. Eius summæ parte aliqua repræsentata, commeatibusque impensa; in castra miles palabundus redijt, anni tempestate securus. Cognitis hostium consilijs, Nassouius prçuertendum ratus, mira celeritate ad sex millia lectissimorum militũ è vicinis locis colligit, sibique ad vigesimum secundum Ianuarij Dordraci & ad Montem Gertrudis præsto esse iubet

bet: qui omnes prędictis locis, eadē pene hora centum & quinquaginta nauibus aduecti conuenere. Exposito in terram milite, & assumptis maioris generis duobus tormentis, duabusque machinis campestribus, iter ingreditur, noctē diei continuans; sed vt in locis paludosis, atque asperrimo anni tempore, parum viæ eo die cōfici potuit. Verum omnibus superatis difficultatibus, & in campum patentem ac liberum eductis copijs, aciem instruxit. Peditatum vniuersum in octo manipulos diuisit. Dextrum cornu Angli tuebantur; sinistrum Scoti: medium prætoriani, ductore Notio, tenebant. Anglis Brederodius; Scotis Heraugerius imperabat: subsidiarias cohortes, Zelandos, Lacordius ducebat, adiunctis classiarijs vnà cū machinis, plaustris, & reliquis impedimentis. Aciem hanc equitatus prçcedebat, sex turmis distinctus. Equitibus arma, non lanceæ, sed scorpiones, (ita enim genus illud minorum tormentorum quæ Carabinos hodie vocant, appellare nobis placet) Dextro cornui præerant Hohenlous & Solmensis Comites. Agmen Mauricius claudebat. Hoc ordine sub signis noctu progressi, secunda vigilia ad pagum Rauels peruenīūt, Ibi tantisper commorari, dum peditatus consequeretur, rectà Turnhoutum ducunt. Sed Varaxius, comperto hostium aduentu, iam castra, & qualescunque illas munitiones deseruerat, & præmissis Herentalam impedimentis, eodem se cum suis copijs recipere studebat, dispositis passim insidijs, quæ insequentes remorarentur: Nassouius vbi castra deserta cognouit, ne elaberetur sibi hostis veritus, è suis præmittit,

qui

qui pontē, media in via occuparent; extremūq;
agmen carperent, ac velitationibus distinerent,
dū vniuersus exercitus aduentaret. Verum vbi
animaduertit, hostiles copias iam longius progressas
esse, quā vt à peditatu eis noceri posset:
solo equitatu hostem inuadere decreuit. Iussis
ergo ad pugnā se comparare equitum magistris,
illa tantum consultatio supererat, quomodo in
loca ad equestre prœliū minus iniqua hostis pertrahi
posset: qui si suis se locis continuisset, facile
equitū vim elusurus videbatur, vtpote in
solo & syluis arbustisq; & paludibus impedito.
Dū leuia vtrimq; prælia conferuntur, & Varaxius,
quantū potest, integris ordinibus progreditur:
Hohenlous & Solmensis, circuitis laterib.
primā hostiū aciē anteuertunt. Varaxius .n. copias
suas in 3. acies ita distribuerat, vt dexterā,
equitū 5. signa, sinistrā concædes, & flumen tuerentur.
Vbi locis æquis constitere, à Mauritio
datur pugnæ signū. Non tulerunt primā impressionā
Varaxiani equites, sed veluti locū idoneū
capturi ordines deseruere. Ita in nuda primæ aciei
peditū qui Germani erant, latera Nassouiani
equites inuecti magnā stragē dederunt. Eodem
pęne momento Verius, Sidneius, Baxius, vltimā
aciē Neapolitanorū perruperunt ac disiecerūt.
Restabat media, in qua Lamottani & Burlotiani
milites, veterani pleriq; oēs. Sed nec hi diu restiterunt,
sed in fugā effusi, passim cæsi aut capti
sunt. Peditibus profligatis, Hispani equites quibus
difficilis esset ad fugā exitus, quasi prælium
redintegraturi, sese recolligunt, & ad buccinæ
signū, magna cū alacritate illati, Nassouianos,
solutis ordinibus, prædæ iā intentos petūt. Trepidatū
hic aliquandiu; & proximus quisq;, fugientibus

ntibus similes ad suos sese recepere. Causa tu-
multus cognita, Mauricius captiuos, quorũ non
mediocris erat numerus, quãprimũ discedere à
e iubet; & 4. equitũ turmas, quas ad omnẽ e-
entũ paratas in subsidijs esse iusserat, frustra
equirit. Nã & hæ ipsæ ad conflictũ peruolaue-
ant: quod, qui eas ducebat, Barquerus Anglus,
lausa galea, imperatoris mandatũ minus recte
ercepisset. Hoc in tumultu non pauci è capti-
is sunt interemti: quod metus esset, ne resum-
is animis, cũ ceteris impressionẽ facere moliẽ-
ibus, sese coniungerent. Verum illi vix tentata
pugna multis suorũ desideratis, diffugere, &
quà quisq; potuit, euadere conati sunt. Nassoui-
norũ qui tumultum ad suos ordines primi per-
ulerunt, ne pro timidis & ignauis haberentur,
deo retrogressi videri volebant, vt pedites gra-
dũ accelerare iuberent: vitare tamen aliqui non
potuerunt, quin dicterijs fugã exprobrantiũ in-
cesserentur. Ex Hispanis hoc in conflictu supra
.ooo. desiderati dicuntur, præter captiuos. Ce-
cidit & ipse Varaxius primo statim conflictu;
cuius cadauer, permissu Mauricij, Lirã; atq; inde
Macklıniam, vbi tũ vxor eius cũ numerosa vtri-
usq; sexus prole erat, deductũ est, ibiq; humatũ.
Ex parte aduersa pauci cæsi sunt; inter quos Dõ-
quius fuit, equitũ præfectus, qui accepto lethali
vulnere, paucis post dieb. exspirauit. Parta tam
insigni solo cum equitatu victoria (pedites .n.
quod tardius aduenissent, nullã pugnæ partem
capessiuere) Mauricius sub vesperam exercitũ
Turnhoutum reducit, & castellum, admotis ma-
chinis, oppugnatum, deditumque præsidio fir-
mat. Inde litteras ad Austriacum mittit, in qui-
bus lytro captiuos redimendi conditionem ei
offerebat.

offerebat. Erepta ſunt Hiſpanis ſigna militaria peditum duodequadraginta: equeſtre vexillum vnum, Alphonſi Dragoni: quæ Hagam Comitis perlata ſunt, ibique ſuſpenſa. Patrato prœlio, quum qui habitant illis in locis ruſtici arma cæſorum collecta, in eius loci templum congeſſiſſent;] præſidiarii Dieſtani, vt ad ſe ea veherētur, mandarunt. Bredani vero, vt teſtatiorem ſuam facerent victoriam, eadem ſex plauſtris impoſita, Bredam abripuere. Ita ab Hiſpanis, inopinato hoſtium aduentu oppreſſis, nec ordines ſatis tuentibus, infeliciter in Brabantia pugnatum.

In his omnibus tam expeditionibus quam obſidionibus quantam tam peritiam quam diligentiam Princeps Mauritius adhibuerit, vix credibile videatur: quamuis res ipſa ſatis loquatur. Atque hæ omnes victoriæ tanto plus admirationis habent, quanto minoribus copiis, & quidem de ab hoſte veterano & pugnaciſſimo partæ ſunt. Verum, diuina inprimis adſpirante gratia, Virtuti nihil eſt imperuium. Sed ad geminatas & quaſi conglomeratas eiuſdem victorias properamus.

MAVRI-

MAVRITIADOS LIBER V.

inberca, Morsa, Grolla, Gora, Brefortium, Olensela, Linga à Mauritio expugnantur, dum interea Danici Legati de pace tractant: Franciscus Mendoza à Bommelia oppugnatione re infecta, discedit: Classis Hollandica Canarias inuadit & diripit: Vachtendoncum strategemate intercipitur Santandreanum propugnaculum ad deditionem cogitur: Hollandi per fretum Magellanicum orbem circumnauigant.

HISPANIS bello Gallico impeditis, Hollandi, ne oscasioni deessent, adulta iam æstate expeditionem decernunt. Conscripto igitur exercitu, apparatuque in naues imposito, Mauricius Nassouius Alpam oppidulum ex itinere aggreditur, & deditione receptum præsidio munit: inde ad Bercam castra ponit, Coloniensis Episcoparus oppidum, loci natura atque operibus, præsidio etiam tum bene munitum. Castris bifariam diuisis quindecim Frisiorum, tredecim Anglorũ, decem Hollandorum signa, adiunctis quinque equitum turmis, superiorem vrbis partem claudere iubet: Hohenlous, Solmensis, Scoti, & reliqui eam partem quæ Santonas, Cliuiæ oppidum, spectat, oppugnare iussi. Medium locum Mauricij tentoria occupabant. Initio

Alpa à Mauricio Nassouio recepta.

Berca obsessa.

obſidionis Ludouico Naſſouio, quum incautius mœnibus adequitaſſet, crus pila traiectum fuit: vulnus tamen breui ſanatum. Perductis breui ab vtraque vrbis parte ad Rhenum munitionibus, nec contra oppidanorum tantum eruptiones, verum etiam, ſi qui obſeſſis opem ferre conarentur, diligenter omnibus prouiſis: primum turres & editiora loca, è quibus obſeſſi continuè in caſtra iaculantes, non leuia damna inferebant, tormentis pulſant, & propugnatoribus adeo infeſta reddunt, vt vix quiſquam conſcendere ea amplius auderet. Nec multo poſt, vi tormentorum muris perfractis ac ſuffoſſis, præſidiarij, qui ſe ad omnia pericula ſubeunda promtos oſtenderant, trepidare cœperunt: quod muris hoſtem iam adeſſe, & corona oppidum inuadere paratum viderent. Miſſis ergo qui de deditione agerent, poſt longam diſceptationem, in has conditiones eſt conuentum: vt præſidiarij ſub ſignis explicatis, cum omnibus ſuis armis & fortunis vrbe excederent, tribus proximis menſibus cis Moſam contra Ordines arma non ferrent; ciues omnibus ſuis priuilegiis & libertate vterentur. Gelriam inde profecti, intromitti petierunt: ſed à ciuibus excluſi, præſidiariorum ope portis occupatis, ſeditioſè tumultuari, & ſtipendia flagitare cœperunt; Hermannum Comitem Bergenſem cum aliis quibuſdam, cōpeſcere eos adnixum, vrbe expellunt, quoſdam cuſtodia includunt: quæ res, vt Mauricij conatus non parum adiuuit, ita Hiſpanorum ducibus præter alia incommoda ad opem obſeſſis ferendam, vel operæ precium aliquot faciundum, magno fuit impedimento.

Intrà decimum diem expugnata Berca, diru-
is castrorum munitionibus, ac refectis oppidi
nuris præsidioque imposito, Morsæ exercitum
dmouet Mauricius: Modiolanam, paulo supra
ercam, quæ à Camillo, Italo quodam, no-
nen habebat, à præsidio relictam, compla-
ari iubet. Camillus hic, militum tribunus,
Morsæ oppidi præfecturam diu gesserat: atque
nde ad Gallicam expeditionem euocatus, &
n Galliæ finibus morbo absumptus, morari
nter homines desijt. Ambitionem eius Inscrip-
io, in prædicto loco reperta, testatur. Ea sic
e habet.

*Modiolana me fecit. Modiolanam supra Rhenum
undaui. Vbi moriar nescio. Ego Camillus Sachinus
anc inexpugnabilem arcem cum virtute animi &
ropria pecunia fundaui. Anno MDLXXXVII.
nilitans sub Alexandro Farnesio, in seruitio Regis
Catholici: in quo loco Attila Gothorum rex funda-
nenta vrbis Asciburgi destruxit, olim fundati ab
lysse, & à Publ. Ennio Consule Romano restaura-
.*

ed quam inexpugnabilis hæc arx fuerit, euen-
us satis declarauit. Nostra quidem ætas abun-
e docuit nihil opere aut manu factum esse,
uod non idem opere ac manu expugnari &
ubuerti possit. Admoto, vt diximus, ad Mor-
am exercitu: præsidiarij suorum aliquot e-
nissis, primum alacriter prœlium ineunt; sed
nultitudine oppressi, retrocedere coguntur.
Oppugnatio quo minus statim omnibus viri-
us inchoata fuerit, continuæ pluuiæ fecerunt.
Quum tamen nihilo segnius omnia quæ ad
bsidionem pertinebant, administrarentur:

Andreas de Miranda, Hiſpanus, arci præfectus, tormentarij maxime pulueris penuria coactus, tympanotribam mittit, qui trium dierum inducias impetraret: intra quod ſpacium ſi auxilia non mitterentur, oppidum ſe traditurum. Induciæ negatæ: ceterum conditiones propoſitæ, vt præſidiarij ſalui & incolumes, curribus quadraginta ad eum vſum à Mauricio conceſſis, cum omnibus ſuis deducerentur: in quas tandem, quum nulla auxiliorum ſpes eſſet, conſenſerunt. Ita menſtruo ſpacio trinis arcibus oppidiſque, atque in ijs quinquaginta quatuor machinis æneis, inter quæ vndecim muris deijciendis idonea, receptis, Mauricius ſecuriorem ſuis Rheni fecit nauigationem: qui Morſæ rebus conſtituendis dies paucos conſumpſit.

Grolla obſidetur. Die Septembris octauo per pontem Rheno impoſitum copias traducit: inde Lippia traiecto, modicis itineribus ad Grollam peruenit. Id oppidum valido præſidio tenebat Ioannes Limburgenſis Comes: eoque difficilior videbatur futura oppugnatio. Sed militũ induſtria, omnibuſque belli artibus tantum breui perfecit Mauricius, vt magnis in anguſtijs præſidiarij verſarentur. Nam præterquam quod omnia ad vrbem itinera erant intercluſa, cuniculi etiam diuerſis in locis ſubter vrbis munitiones iam erant perducti, è foſſis aqua deriuata, incendij etiam tanta vis exorta eſt, vt bona pars ædium conflagrarit, ac niſi magna militum induſtria fuiſſet reſtinctum, quidquid in oppido rel[illegible] erat, in cineres ſubſeſ[illegible]rum videba-[illegible]: [illegible] tamen quidquam obſeſſi, quod fortiſſimo-

iſſimorum erat militum, omittebant: ſed fru-
ſtra omnia experti, deditionem honeſtis condi-
ionibus faciunt; & ad duodecim peditum ſig-
na, duas equitum turmas egreſſi, ad Rhenum
ncolumes, inde ad ſuos ſunt deducti. Rebus &
ic ex animi ſententia confectis, Mauricius
Brefordam, validum ijs in locis oppidum, du-
cit; & miſſo caduceatore, quod non omnes i-
lem de loci defenſione ſentire audiuiſſet, dedi
ibi poſcit. Damianus Gardottus Capitaneus cū
uis præſidiarijs Deo & Hiſpanorum regi ſe
idem oppidumque ſeruaturum, reſpondet, lo-
co confiſus. Nam ob circumiectas vndique pa-
udes, impedita itinera, ac viarum eo tempore
difficultates, ægre patefieri vllus aditus poſſe
videbatur. Sed omnes difficultates & ducis
ſolertia, & incredibilis militū induſtria diſcuſ-
it. Adduxerat Mauricius pontes quoſdam, eum
n vſum noua arte confectos. Trabes binæ de-
cempedali longitudine, vel etiam longiores,
aſſeribus abiegnis ſupra & infra contignantur,
quorum ea eſt latitudo, quæ quinos homines
iuxta ſtantes admittat. Extremis partibus vtri-
uſque lateris binæ rotulæ ſubijciuntur. Quod
medium eſt inter duas contignationes cauum,
ſubere ſuffarcinatur & expletur. Vtrimque fu-
nes dependent, quibus propulſam ratis machi-
nam, quacumq; volunt, facile milites trahunt.
Huic parti fibulis ferreis per bina vtrimque fo-
ramina immiſſis, aliam adnectunt, atque inde
rurſus aliam, prout loci natura requirit. Hoc
pontis genere, alijſque operibus, locis paluſtri-
bus ſuperatis, tormenta ad muros diuerberan-
dos magna cum omnium admiratione ſunt per-

Nouum genus pontium.

ducta. Hic obsessos nimia confidentia ac pertinacia in extremum pænè exitium præcipitauit. Iussi enim, pro more, iterum deditionem facere, viginti quatuor horarum spacium ad rē deliberandam, per contemptum, petierunt. Interea detonantibus machinis, milites qui in fossis excubabant, quum mœnia defensoribus nudata animaduerterent, magna cum alacritate in proximum vallum enituntur: quod conspicati oppidani, in arcem trepide se recipiunt; ibi sine vlla conditione dedere se coacti. In deditos nulla sæuitia animaduersum: grauis tamen mulcta pecuniaria tam militibus, quam ciuibus irrogata. Oppidum sequenti nocte fortuitum incendium vehementer deformauit, ac penè consumsit: quamobrem ciuibus casu hóc grauiter afflictis, mulcta remissa. Quum nemo victoriarum cursum interpellaret: Mauricius ad reliqua etiam loca ab hostibus liberanda animum adiecit: quæ non adeo multa, nec ea quidem valde munita restabant. Paucis ergo ad refectionem militi datis diebus, Enschedam eodem die, qui 18. erat mensis Septembris, & cingit, & capit. Inde Oldenselam profectus, post quatuor dierum oppugnationem ad deditionem compellit, licet à valido præsidio teneretur. Ex itinere signa aliquot ad Otmarsiam cogendam mittit: quæ & ipsa in victoris potestatem venit. Restabat Linga, oppidum ijs in locis non ignobile, cum arce aduersus omnem vim egregiè communita. Nam præter quatuor è terra congestos aggeres, duplex vallum & fossa muros oppidi ambit: Arcem, vt & subiectam regionem, Hispaniarum regis nomine tenebat

Linga obsidetur, & capitur.

enebat Fridericus Comes Bergensis, adiunctis præsidiarijs circiter octingentis, & copioso omnis generis importato commeatu. Initio obsidionis facto, crebræ dimicationes, & vario plerumque cum euentu sunt factæ: ac multoties alacriter in Nassouianos illati obsessi, non minori fortitudine reiecti sunt, & in vrbem compulsi. Tandem obsidentium pertinacia & operibus victi, postquam strenuè se defendissent, atque multos hostium occidissent, non paucos etiam è suis, dum Mars iam hunc, iam ignorat illum, amisissent, multa iam nocte intellecto periculo, cum hoste paciscuntur iisdem pæne conditionibus, quibus supradicti. Arcis custodia Martino Cobbenio est commissa. Toto hoc districtu pacato, hostibusque erepto, Mauricius exercitum, multa iam hyeme, non mediocriter vexatum, in hyberna duxit. Insignis fuit hæc victoria, & apud exteros etiã multorum sermonibus celebrata, qua Mauricius, breui temporis spacio, nouem oppida, arces quinque, Comitatus tres, ac totidem Dynastias Ordinum imperio adiecit: septem fluuios, quatuor pontibus, tres vado traiecit: non legatos tantum multorum regum ac principum, verum etiam præter magnum nobilitatis numerum, quæ ex vicinis locis vndique confluxerat, duos Duces, nouem Comites, ad castra visenda profectos, tantæ victoriæ velut testes habuit atque inspectores.

Danica Legatio de pace ad reginam.

Dum hæc à Pr. Mauricio geruntur, Christianus IIII. Daniæ rex, vt Christianæ reipublicæ ardens suum eam adiuuandi studiũ probaret, splendidã primũ ad Angliæ reginã, inde ad Ordines confederatos, misit Legationem: cu-s

ius principes fuere, Arnoldus Vitfeldius, & Christianus Barnicouius, hic senator, ille regni Cancellarius. Ad reginam introducti, post ea, quæ in eiusmodi congressibus primo fieri solent, mandata sui regis exponunt: Se de federe antiquo inter Danos & Anglos renouando missos: regem, patris sui exemplo, pacis promouendæ cupidum, reginam amice monere, vt cogitet, præstaret ne dubia belli & ancipitia periculorum subire, quam pacem cum hostibus facere, quam ad rem, ita tamen vt religioni satis caueatur, operam suam promittat. Subditorum suorum nauigationē ne impediri pateretur, rogare, aut saltem nominibus exprimeret, quas merces in Hispaniam importare mercatoribus liceret: cūprimis autem Noruegis, quorum omnis quæstus è lignis fit, trabes, tignos, asseres distrahere permitteret: quæque ad piscationes pertinerent: querelas ac controuersias, delectis ad id hominibus idoneis decidi iuberet. Legatis regina humaniter respondit: Gratissimam sibi esse regis erga se voluntatem & studium. Antiqua federa religiose, vt hactenus ita porro colere & tueri velle. Pacis & natura & sexu cupidissimam se esse, præsertim in tam præcipiti ætate: modo ab ea omnis fraus abesset. De ceteris ita conuentum, vt ne Danis cannaben, rudentes, funes, puluerem pyrium, nitrum, tormenta, malos, picem, frumentum denique cuiuscumque generis, aut farinam, in Hispaniam portare liceret: ceteris facile assensum. Legatos receptis ab eis quæ proximus rex gestauerat, equestris ordinis Anglici ornamentis, regina magna verborum humanitate, donis etiam abeuntes est prosecutus: qui traiecto mari,

n Selandiã, mox Hagam Comitis ſe contulerũt.
bi 29. Oct. litteras regis Ordinibus exhibuerũt,
t mandata ſcriptis & voce in hunc modum ex-
oſuerunt: Miſſos ſe non tantum vt Regis no-
nine Ordinibus gratularentur, eiuſque ſum-
næ erga eos beneuolentiæ eſſent interpretes:
erum etiam ijſdem in memoriam reuocarent,
uum contractus & federa, quæ inter Daniæ &
elgicarum prouinciarum ciues ab antiquis vſ-
ue temporibus interceſſerint: tum præſertim
ummam ac firmiſſimam amicitiam, quæ olim
audatiſſimæ memoriæ, Friderico IIII. Daniæ
egi, &c. cum Gulielmo Arauſino Principe fue-
it: qui dum viuerent, fratrum loco ſe dilexe-
int, eumque amorem mutuis officijs ſint teſta-
i. Nec vero minore beneuolentia vniuerſas Bel-
ii confederati prouincias complexum prædi-
tum regem magno ſtudio earum commoda ſem-
er promouiſſe, præſertim vero exorto pri-
num, deinde recrudeſcente tam pernicioſo bel-
o, omnem mouiſſe lapidem, vt ſedatis motibus,
niuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ pax & tranquil-
itas reſtitueretur; ac niſi immatura morte fuiſ-
ſet præreptus, procul dubio rem ad optatum
xitum perducturum fuiſſe. Patris hanc, inqui-
nt, voluntatem ſequutus filius, rex noſter cle-
nentiſſimus, pietatemque æmulans, nihil iti-
lem prius aut antiquius habet, atque etiam por-
ò habebit, quam vt DD. Ordinibus, & vniuer-
is harum prouinciarum ciuibus, fidem ſuam, be-
neuolentiam, ſtudium & amorem omnibus in re-
bus declaret, ac probet; nullumque officiorum
genus erga eos prætermittat. Quum ergo tam di-
uturno bello premi, atque tot, quas bellum fert,

Ad Belgas Confederatos.

calamitatibus has regiones vexari intelligat: dici non poteſt quantopere earũ incommodis angatur: præſertim è quibus magna in totum Chriſtianum orbem damna redundent. Hoc affectu impulſus, nos huc ablegauit, eum in finem, vt exploraremus, placeretne Ordinibus, rege alijſque Principibus ſequeſtris, pacis aliquam conficiendæ rationem inire; ea ſpe, fore, vt rex Hiſpaniarum non difficilem ſe præbeat, ſed ad æquas conditiones deſcendat. Hoc verò rex vnicè deprecatur, ne exiſtiment Ordines, quidquam facturum, ſuaſurum, vel admiſſurum, quo qui nunc eſt Religionis ſtatus labefactari, aut ciuium libertas, priuilegia, ſalus denique conuelli poſſit. Natus enim eſt in ea religione, atque educatus, quam etiám ad finem vſque vitæ, Dei beneficio, conſtantiſſimè tueri atque propugnare decreuit. Sed quum Chriſtiani Principis officium vel præcipuum ſit, diſſidia componere, & ad concordiam conſtituendam omnia ſua conſilia referre: his de rebus Ordines commonefaciendos, eorumque ſententiam amanter ſibi exquirendam putauit: nihil dubitans hæc vt ex animo beneuolo profecta ſunt, ita quoque bonam in partem acceptum iri. Reliqua Legationis capita nauigandi libertatem, & res quorundam priuatas, concernebant. Ad hæc ita reſponderũt Ordines: Principio, ex Legatorum aduentu non mediocre gaudium cepiſſe, à quibus de regis in antiquo fœdere conſeruando voluntate, certiores ſint facti: nec minus gratam ſibi fuiſſe eius, quæ quondam inter Fridericum IV. Daniæ regem & Gulielmum Auraſinum Principem, iam in Chriſto vtrumque quieſcentem fuerit, amicitiæ mẽtio-

Reſponſio Ordinum.

onem. Ac quanquam de regis erga se volũtate
nihil vnquam dubitarint : non posse tamen
on vehementer lætari hac tam beneuola eius
tiam porro continuandæ testificatione. se
uidem enixè operam daturos, vt regi vicis-
m omni officiorum genere satisfaciant: à cu-
is patre, optimè de se merito, multis & ma-
nis beneficijs sint affecti; & cuius ipsius ple-
um beneuolentiæ animum perspiciant vel ex
ac ipsa Legatione. Quod enim afflictis con-
oleat, Christiano Principe dignæ misericor-
iæ se tribuere; quod malis omnibus cupiat
ublevatos, studio atque amori. Ceterum cum
Hispanis pacis vllam tractationem suscipere
non posse. Non nunc primum istis artibus ad
ncautos homines decipiendos vti: neque re-
pentinam illam in conditionibus ferendis, ho-
tis antea tam superbi liberalitatem esse gratui-
am. Ludouicum Requisenium, magnum
Commendatorem Castiliæ, anno 1575. Cham-
pignio & Aldegondio internuncijs, de pace
cum Ordinibus, & Aurasino Principe tractas-
se: interea vero non solum discordiæ inter
Hollandos & Selandos semina seuisse, sed et-
am Lugdunum obsessam summis viribus op-
pugnasse: à qua tamen obsidione, mirabili Dei
consilio ac virtute fugatus, re infecta, disces-
serit. Quem vero fructum Bredana tractatio
attulit? nisi quod Ordines segniores fa-
cti, & paci intenti, hoste interea ad vim quam
diligentissime se comparante, multa oppida
& arces amiserunt. Gandauensem pacificatio-
nem, vt ab initio statim impedire conati sunt
Hispa

Hispani; ita postea infringere multis modis nō dubitarunt. Eam enim quum Hispaniæ Rex aliter habere ratam nollet, nisi Catholica religio omnibus in locis restitueretur; Hollandi vero & Selandi id facere recusarent: Ioannes Austriacus qui ceterarum prouinciarum Ordinibus Hollandos opprimendi auctor fuerat, quū hoc impetrare non posset, non clandestinis tantum machinationibus, verum etiam vi aperta omnium regionum oppida tentauit. Paullo post Sellæus pacificationis studium simulans, Machliniæ in conuentu vniuersorum Ordinum id modo egit, vt corrupto Bursio, prædictam vrbem ad Hispanorum adiunxerit factionem. Conuentu Louanij, deinde Coloniæ iterum habito, & pace nequicquam tentata, interea non vrbes tantum ab Hispanis per vim occupatæ, sed etiam integræ regiones sunt auulsæ. Desperata tandem pace, maior prouinciarum pars Andegauensis Ducis imperio se subiecerunt; eierata Hispani obedientia, ob multiplicem eius tyrannidem, ac plusquam hostiles actiones. Hic iterum longum catalogum attexunt omnium eorum, quæ ab Hispanis in Belgio facta, in crimen & inuidiā quoquomodo possint vocari. Quod si hæc omnia (inquiunt) secus haberent: nostræ tamen potestatis non est, non modo pacem vllam, verum etiam pacis tractationem admittere; quod in eo federe quod cum Galliæ & Angliæ Regibus est percussum, cautum sit, ne vna pars sine alterius consensu cum hoste paciscatur. Regiam ergo Maiestatem rogamus atque obsecramus, vt persuasum sibi habeat, pacis studio nobis nihil es-

antiquius: ſed cum Hiſpanis quo minus vl-
m de ea tractationem inſtitui ſinamus, gra-
ſſimis cauſſis impelli. Ad cetera capita hu-
naniter reſponderunt, & Legatos honorifice
actatos, liberaliter dimiſerunt, vt & ante Im-
eratoris Legatos.

BOMMELIA A PR. *MAVRITIO CONTRA HI-ſpanos fortiter defenſa.*

ALbertus Archidux in Hiſpaniam ab-
iens matrimonium cum Regis filia
Iſabella Clara Eugenia contractu-
rus, rerum ſummam Andreæ Cardi
nali Auſtriaco demandarat, Franciſco Mendo-
zæ vero, Arogoniæ thalaſſiarcho, ſummam mi-
litiæ præfecturam. Is, captis Rinberca & Do-
ecomo, ſuperiori æſtate, à Mauricio quamuis
exiguis copijs inſtructo, vlterius quid tentare
prohibitus fuit. Quare per Veſtphaliam, a-
grum Cliuenſem, Marchiam, & alias Imperij
ditiones, in hiberna militem deduxit, vbi mul-
ta ab ipſis inſolenter admodum perpetrata
ſunt.

Embricam præſidio tenebat Comes Buſquoi-
us, in Archiducis exercitu chiliarcha. Huic in-
ſidias ſtruit Ludouicus Naſſouius, confederatis
militans. Partem aliquam equitatus ad vrbis
mœnia ſubmittit, pecora quæ in proximis pal-
cuis errabant, abacturam: Milites Hiſpani,
turpe ſibi fore exiſtimantes, ſi ante oculos ip-
ſorum prædam agere hoſtes ſinerent, mox por-

Hiſpani ad Embricam cæſi.

tis

tis erũpunt,& ductore Buquoio prædatores in sequũtur. Lõgius iã progressos Nassouius ex insidijs consurgens adoritur, & quia perturbati ordinibus venerant, facile profligat. Busquoius quum diu fortiter se manu defendisset, tandem, accepto vulnere, ab hostibus circumuẽtus capitur, cumque eo Chalonius, Mansfeldij nothus, alijque nõnulli: qui breui post, persoluto lytro ad suos redierũt.

Hispani ex hybernis educti.

Ineunte vere 1599. Andreas Austriacus Cardinalis Germanorum precibus fatigatus, militẽ ex hybernis educi iubet: ipse Antuerpiæ, Gandaui, Liræ presidiarijs, qui iam diu tumultuati fuerant, multumq; mali, & terroris ciuibus fecerant, stipendia persoluit, exauctoratosque & infamia notatos, dimittit: Inde Traiectum ad Mosam magnum apparatum conuehi iubet: cũque militiæ ducibus, Admirante, Arscotano, Vãbergio, Velasco deliberat, quà potissimum in hosticum esset irruptio facienda. Admiranti in Grauenuerdam, propugnaculum in ipso Vahalis & Rheni deuortio positum, primum impetũ fieri placebat: quo expugnato, facilem sibi victoriarum cursum promittebat: alij vero alia hostem inuadendum censebant. Nam & loci eius oppugnationem multa difficilem reddebant: cum primis, quod ea anni tempestate flumen niuibus solutis auctum, valdè excrescere solet, & omnia longè lateque inundare. Missi ergo, in alpibus parum niuis esse referunt, neq; diluuium timendum. Sed Austriacus, inuito admodum, vt aiunt, Admirante, Bommeliam obsidere, relicta Grauenuerda, decrẽrat. Exercitus omnis

omnis ad Ræsam Cliuiæ oppidum (vbi Admi-
rans hibernauerat)couenire iussus, inde Embri-
cam versus descendit: vbi per pontem à ciuibus
exstructum, copiarum parte traducta, ab vtro-
que latere, hinc cis Vahalim, inde cis Rhenum,
castra Grauenuerdam obsessuri specie, metatur.
Interim Grauiæ pontones, & reliquus naualis
apparatus magno studio præparantur. Præsidia-
rij ad primum Hispanorum aduentũ ad sui de-
fensionem impigre se comparant, & maioribus,
minoribusque tormentis non paucos interfici-
unt, adeò vt iam tum facilè appareret, quantum
difficultatis eius loci habitura esset oppugna-
tio. Mauricius interea, Dusburgi in omnẽ euen-
tũ intentus, vtriusq; fluminis, Vahalis & Rheni
ripas diligenter munit; deque Grauenuerdæ
obsidione certior factus, suis mox præsidio
accurrit. Sed iam Burlotta, Stanlæus, & Sa-
pæna, chiliarchæ præmissi Mosam ponte iun-
xerant. Verum vt melius omnia intelligan-
tur, locorum eorum situm paucis describe-
mus. Bommelia insula est, quam Mosa & Va-
halis, hic è Germania, ille è Gallijs decur-
rens, efficiunt. Mosa enim ad Varuicum pa-
gum Vahali miscetur: ibique paruam aliam in-
sulam, Teruoram nomine, circumluit: sed hic
velut diuortio facto, vterque separatis alueis
feruntur, donec ad Voroomum oppidulum
rursus commiscentur. Quod eo diuortio com-
prehenditur terræ, Bommela appellatur, pa-
gos habet multos, vrbem vnam ad Vahalis ri-
pam, natura & opere munitam. Tota pascuis
& agris fecuuda est. Teruorã, quæ ad caput eius
est exigua insula, vt diximus, iamdudum Ordi-
nes

Bommeliam obsident.

nes confederati propugnaculo ſatis firmo mu
nierant, cui, vt & loco, Teruoræ nomen. Ad ho
occupandum Stanlæus miſſus, operam luſit. Sa
pæna & Barlotta, expugnato ad alteram Mola
ripam Crepacordio, non magni nominis pro
pugnaculo, ſed Buſcoducenſibus valde infe
ſto, inſulam ingrediuntur. Duo erant ib
loci aggeres, tenentibus valde opportuni. Eos
quo minus ſtatim occuparint Hiſpani, quibus id
mandatum fuerat, noctis effecit obſcuritas, qua
tamen in re non maxima (quamquam in bello
nihil non magnum haberi debet) negligentia
multum eis poſtea nocuit. Mauritius, hoſtis iti-
nere explorato, & ipſe ad eundem contendit lo-
cum, & ponte Vahali impoſito, cum magna ex-
ercitus ſui parte in inſulam traijcit. Dici non po-
teſt, quanta fuerit ciuium primum trepidatio, in
de fuga etiam: ſed Mauritij aduentu recreati, a-
nimum reſumunt. Ruinis murorum, qua noua
nuper ædificari cœpta erant propugnacula, ne-
que dum perfecta, incredibili celeritate reſtaura-
tis, tormentiſque, quæ aduexerat, diſpoſitis,
Mauritius ante mœnia caſtra ponit, operibuſque
mirum in modum munit: ſic vt vrbem oppug-
nanti, caſtra vrbi prætenta, prius expugnanda
eſſent. Vtrimque multi conatus ſuſcepti, vario
euentu, modo his, modo illis felices, ijs tamen
qui vtrimque cadebant (nec vero pauci erant)
ſemper nimis quam infelices. Vulnerati multi,
in his magni nominis Alfonſus Daualus, dum in
hoſtiles munitiones ingreſſus, non ſine multa ſu-
orum cæde eiſdem expellitur: itemque Aſſicur-
tius, dum nebulæ vſi beneficio Naſſouiani & ip-
ſi hoſtilia caſtra peruadunt, nec minus fortiter

rei-

eijciuntur. Multa impedimenta Hiſpanorum rebus pulueris tormentarij, ceterorumque belliorũ commeatuũ afferebat inopia, quibus abũde inſtructi, magnam quotidie non vilium tantum animarum, verum etiam fortiſſimorum militũ edebant ſtragem. Cardinalis igitur rei frumentariæ & pecuniariæ cauſa Buſcoducum profectus, Fridericum Comitem Vambergium Ræ-iam mittit, & quæ ad bellum neceſſaria relicta ibi erant, in caſtra adducere iubet. Is non ſine periculo, quod multa loca vicina, quà tranſeundum erat, hoſtili præſidio tenerentur, duobus peditum milibus, & ſedecim equitum turmis comitatus, tormenta ſex maiora, & ducentos currus puluere onuſtos, adduxit: cumque eo vnà in caſtra venit Marchio Burgauius, Cardinalis frater. Iam Archiducis exercitus valde erat acciſus, quod multos quotidie non tantum vis Martis percelleret, ſed milites etiam ſtipendiorum penuria dilapſi, ſigna infrequentia relinquerent. Cardinalis igitur Duci Arſcotano, Margrauio Antuerpienſi, & Comiti Embdano negocium dat, vt nouum militem è Valonibus, Belgis, Germanis conſcribant. Dum ad Bommeliam ita deſidetur, graues ſimultates inter Admirantem & rei tormentariæ præfectum, itemque Barlottam, & chiliarchas nonnullos Hiſpanos extiterunt; fruſtra diſſidia componere annitente Cardinali. Inde factum eſt, vt vix quidquam in commune conſuleretur, nec imperia ritè administrarentur, nec, vt oportebat, obirentur. Milites præterea, multarum rerum penuria confecti, & ad omnem hoſtis impetum expoſiti, vix à ſeditione poterant contineri, ij præſertim qui

Diſſenſio inter Hiſpanos & Barlottã.

vt prædæ ſpe ad quoduis facinus vltro prouo lant; ita ea deſtituti, omne imperium quan tumuis iuſtum detrectant. Accedebat hoſtis in propinquo, ad reſiſtedum parati, vis, quē pro ſligari poſſe, eo rerum ſtatu, exigua ſpes erat. I ſupra duo millia in caſtris occiſa numeraban tur, præter fugitiuos, transfugas; vulneratis & ægris vicina omnia xenodochia & noſocomi erant referta: ſic vt multi obſidionem ſoluen dam eſſe cenſerent. Concilio ſuper ea re co acto, dum alius aliud cenſet: transfuga Ger manus, metator, ad Cardinalem venit, locum que caſtello ædificando valde opportunum cō monſtrat; quo vtriuſque fluminis nauigatio im pediri, viciniſque locis omnibus veluti com pe des inijci poſſint. Cum hoc, quod non abſurd dicere videretur, miſſi qui loci ſitum diligen ter explorarent, referunt, & vtile fore, nec omnino rem eſſe difficilem. Cardinalis igi tur ipſe cum nonnullis magnæ experientiæ vi ris ad inſpiciendum locum profectus, conſiliū probat, operiſque initium quamprimum fie ri iubet. Præſidijs igitur vndique diſpoſitis, ne ab hoſtibus quid damni acciperetur, obſidi onem ſoluit. Ad hoſtis diſceſſum Mauritius omnia tormenta diſplodi iubet, tanto cum fra gore, vt cœlum ac terra ruere viderentur; ho ſtiumque cognito conſilio, ſuas ex aduerſo co pias opponit, & Vahalis ripam, qui intermedi us fluebat, multis operibus munit: ipſe ad Ter noram, vbi breuiſſimus erat ad hoſtium caſtra tranſitus, conſidet. Inter tertium vel quar tum lapidem ab eo loco, vbi caſtello regio ædi ficando iacta erant fundamenta, Heruerdæ vicus
eſt

t ignobilis, eũ rebus suis commodũ ratus, Mau-
tius lorica & fossa cingit. Ad hunc conatũ im-
ediendum Hispani animose magis quam pru-
enter conferto agmine se inferunt; sed & con-
rti cadunt, missilibus, quæ tam è munitioni-
us quã nauibus præsidiarijs confertim iaciebã-
r, confecti. Inter alios non paucos, eo in cõ-
ctu Paciotus, vir admirabili ingenio, & mag-
o animi robore præditus, planeq; tanto patre,
uius celebre hodieque nomen ob descriptã
eo castelli Antuerpiensis formam) dignus fi-
us. Cetera minutatim exsequi non est animus:
uæ in Diario legi possunt. Illud certe vere af-
rmarim, nullũ pæne diem prætерijsse, in quo
on vel à gregarijs militibus magnũ aliquod, &
ane militare facinus sit patratũ: & tam hos quã
los, quasi cum hoste sibi res esset, sensisse. Fecit
a res vt fortalitij exædificationem Austriacus
uantum poterat, maturaret. Vtque omnia non
ugustiora tantum viderentur, verum etiã pro-
pere succederent: multis cum cæremonijs fun-
amentũ ipse sua manu ponit. Ad hanc solennẽ
ctionẽ inuitati aderant, Burgauius & Mauritius
axo: quos aduenietes vniuersus exercitus hor-
ibili tormentorũ strepitu, verũ ne puluis inu-
liter consumeretur, maioribus omnibus ma-
hinis, globis ferreis inditis, hostẽ vna eadẽque
pera salutat: qui, credo, ne parũ gratus aut ciui-
s haberetur, multo cũ fenore gratias regessit.
ed vtrimq; tantũ non irrita vota cecidere: quod
amdiu ad istas res omnia prouisa essent. Inde
astello nomen S. Andreæ impositũ, idq; Cardi-
alis honori datum, qui vt commune nomen ge-
ebat, ita Diuum illum singulari veneratione

Propugnaculum S. Andreæ exstruitur.

profequebatur. E propugnaculis (quorum b in
Mofam, bina Vahalim, quintum Bommeliam op
pidum fpectabant) Auftria primum, fecundun
Burgauia, tertium Saxonia, Aragonia quartum
quintum Velafco, de principum nominibus ap
pellata fuerunt. Finitis cæremonijs, quibus no
interfuit tantum, fed præfuit etiam Octauiu
Frangipanis, Pontificius in Belgio Legatus, in
Admirantis tentorium, pranfum concedunt; n
fine grandi vitæ periculo. Dum enim iuncti e
quitant, duo hoftilibus tormentis excuffi glob
equorum alter pene capita ftrinxerat, alter i
folum incidens, puluere & terra proximos con
fperferat. Sequentibus diebus aliquot leues cō
flictus mifcebantur, modo his, modo illis victo
ribus, ambigua etiam fæpe victoria, quum vtrin
que caderent non pauci. Multa etiam atroci
commiffa funt prœlia, adeo vt eductis nonnun
quam pæne omnibus copijs, de fumma rei de
certatum iri videretur: fed periculi magnitudo
victis certò imminentis, animos quamuis pug
nandi auidiffimos, continebat. Naffouiani qui
dem omnibus viribus ædificantes impedire co
nabantur: fed fruftra: nihil ad fummam diligen
tiam reliquum facientibus Hifpanis, adeoqu
nec vitæ parcentibus, dum fibi hibernandi i
hoftico locum pararent: quibus tamen Hollan
di ita iam tum illudebant, vt dicerent, multun
fe eis debere, qui tantis impenfis, tantis labo
ribus, tam egregiam in ipforum folo exftrueren
arcem, quam rebus omnibus inftructam, pau
cos poft menfes, ipfis effent traditori. Quod t
ioco dictum atque acceptum, augurium fuiffe
paullo poft euentus comprobauit. Quod eò di

cimu

imus, vt voces etiam temere iactas non ne-
gligendas esse interdum, moneamus. Sed præ-
entibus plerumque homines, futurorum secu-
i, fidere solent,& icti demum sapiunt,immo sæ-
pe ne icti quidem.

CLASSIS HOLLANDICA Canarias Invadit.

Classis Hollandica expeditio in Canarias.

HOllandi cum socijs, vt Hispanos modis omnibus vexarent, & nō terra tantum, sed mari etiam distinerent; classem cen-
tum circiter nauium, omnibus rebus instructis-
simam ad infestanda Hispaniæ, aut aliarum insu-
larum, quæ Hispani ditione tenent, litora, emit-
tunt, eique vniuersæ Petrum Dusam, rei naua-
lis peritissimum præficiunt. Ea vigesimo quin-
to Maij vela in altum fecit, & ad Curonnam Ga-
litiæ portum, decimo quinto Iunij interim sub-
stitit, dum de primo assultu faciendo delibera-
retur. Ibi ex captiuis cognitum est, eam oram,
quod de aduentu ipsorum iam diu fama increbu-
isset, à quatuor peditum millibus & aliquot e-
quitum turmis, præsidio missis, teneri. Quare
ijs in locis manifesto cum periculo fortunam ex-
periri, minime consultum videbatur. Iter igi-
tur versus promontorium S. Vincentij dirigunt,
&Lancerottam, Forteuenturam, alijasque in-
sulas præteruecti, in magnam Canariam vigesi-
mo sexto Iunij appellunt, & ad Alegonam oppi-
dum insulæ, anchoris iactis, in terram descen-
dunt. Est id oppidum, vt in illis locis, satis mu-
nitum, in primis arce amplissima, quam Gratio-

ſam appellant, ad occaſum æſtiuum poſitũ. He
eminus aliquandiu tormentis pugnatum, dũ th
laſſiarchus ſuos in terram exponere, inſulan
exſcenſionem prohibere conantur. Nec leuia
trimq; dãna, maxime à claſſiarijs accepta, qui a
omnem ictum expoſiti patebant: & naues etia
nonnullæ globis perforatæ, vix quo ſe reciper
habebant; donec claſſiariorũ ſociorũque naual
magna pars in ſcaphas inſilientes, velis remi
que terrã petunt. Inſulani in litoris arena trib
machinis campeſtribus collocatis, magno n
mero exſcenſionẽ facere molientes exſpectan
& ſclopis manuarijs excipiunt, non minus imp
gre ſe defendentes. Quum vero inſulani pl
rimis licet & continuis ictibus petiti, ne pede
quidẽ retrocederẽt, & ſcaphæ, aquis deſtitutæ, a
litus appelli non poſſent, thalaſſiarchus vir m
gni animi, primus omnium è ſcapha in mare vm
bilicotenus deſilit, cuius exemplum vniuer
claſſiariorum turba, præter eos qui ſcaphas c
ſtodire iuſſi erant, ſequuta, parua ſuorum iactur
in terra euadunt, licet pertinaciſſime, loci com
moditate adiuti, obniterentur inſulani: è quib
triginta circiter ceciderunt. Sed maxime e
conſternauit oppido Præfecti infelix caſus: c
alterum crus machinæ ictu confractum erat. E
igitur ſic monoſcelo ablato, & machinis hoſ
relictis; in arcem ſe recipiunt, triginta ſex ami
ſis. Thalaſſiarchus, tribus ſed leuibus accept
vulneribus debilitatus, magno fuerat in vitæ d
ſcrimine. In eum, inter confertos ſtrenue pug
nantẽ, magno impetu illatus Hiſpanus mile
quũ iamiam impari pugnæ genere deprehenſu
confecturus videretur, ab alio, qui, animaduerſ

pericul

ericulo, in tempore accurrerat, confoditur. Hollandi, terra potiti, è nauibus auxilia euocāt, acieque instructa, sub signis arcem versus progrediuntur: sed eos qui intus erant, acta expugnata, inuaserat metus; vt fidei hostis se potius credere, quam vim vltra experiri maluerint. Abiectis igitur armis, & quinquaginta suorum in custodiam traditis, arce patefacta, Hollandos intromittunt. Repertæ machinæ æneæ nouem, è ferro sex, cum mediocri apparatu. Captiuis ceteris in Hispanicam nauem, paullo ante interceptam, impositis, tres è præcipuis thalassiarchus secum retinuit, è quibus de hostium rebus omnibus certi aliquid cognosceret. Arce capta, deiectis quæ Hispaniorum Regis insignia gerebant, vexillis, Mauritianum supponit; copiasq; omnes in tres cateruas dispertit: vnam sub oppidi vallo, alterā ad montium radices collocat, tertiam litus custodire iubet. Vbi tota ea nocte in acie stetissent, summo mane, iunctis ordinib. ad oppidum accedunt, eiusque oppugnandi faciunt initium. Præter eam, quam expugnatam iam diximus, ex aduersa oppidi parte, altera arx erat, è qua insulani continuo iaculati, multos interficiebant. Ad eam conuerberandam dum machinis locum aptant Hollandi, prius dies in noctem desijt, quam cœptum opus absoluerentur, quam & ipsam in armis transegerunt. Interea qui ad montana loca confugerant, noctis beneficio vsi, è latibulis suis prodeunt, & minoribus aliquot tormentis per montium iuga dispositis, hostes petunt. Sequentis diei summo mane Thalassiarchus arcem quatuor machinis pulsat, quintam itidem contra

eos, qui montes insederant, dirigit. Insulani in arcis vallum & monumenta, per se non satis firma, vtres, saccos, doliaque lapidibus referta congesserant; quibus pro lorica vtebantur. Sed multis perniciosum fuit hoc consilium. Globi enim magna vi tormentorum adacti, lapides, dissipatis dolijs, in circumstantes ita spargebāt, vt ab eis longe magis, quam ipsis tormentorum ictibus obsessi acciperent damnum. Nam & quo densior erat saxorum nimbus, in tanto plures incidebat: & in munitionibus, tot ictibus conuulsis, itemque corruptis tormentis, defensoribus iam parum spei reliquum erat. Interim thalassiarchus quatuor signa peditum mittit, qui insulanos ad tormenta collocatos, montibus deijcerent: ipse cum paucis in oppidi portam ignem conijcit, qui obuia quæque complexus, quum nemo ad restinguendum accurreret, tumultu & trepidatione omnia miscuit. Insulani in tanto periculo, quum hinc ignis, illinc hostis vrgeret, conuasatis, quas poterant, rebus, tam arce quam oppido furtim excedunt, & in montium cauernas ac speluncas se abdunt. Circiter meridiem Hollandi scalas duas oppidi muris applicant, quarum altera pro loci altitudine satis erat breuis. Per eas thalassiarchus inter primos enititur, & nemine omnino vel lapidem conijciente, in murum euadit, militesque per patentem portam accipit. Ratus oppidanos in arcem confugisse, rectà ad eam ducit: sed eadem ibi, quæ in oppido, deprehensa solitudo. In arce subterraneum meatum Insulani puluere oppleuerāt, fomite ita attemperato, vt, digressis ipsis, ignis in puluerem incidens, hostes

ostes nihil tale metuentes corriperet. Sed
rius detecta fraus, quam eò vsque essent pro-
ressi milites, periculum omne discussit. Ar-
e & oppido hunc in modũ occupatis, thalassi-
rchus suos iterum sub signa cogit, & in humi-
i quadam planicie intra mœnia aciem instruit,
uasi exercitum lustraturus. Ibi ad eum addu-
itur Flissingensis quidam, carcere extractus.
o monstrante, thalassiarchus ipse omnes custo-
lias & carceres adit, & captiuos educit sex &
riginta: è quibus cognoscit, paullo ante ciui-
m fugam duos è suorum numero, Anglum v-
num, Germanum alterum, hæreseos ab inqui-
sitoribus damnatos; vt & à fugientibus abdu-
ctos esse, & quo minus iam viui sint combusti,
Hollandorum aduentum obstitisse. Sub vespe-
ram singulis centurionibus oppidi regiones, in
quibus cum suis quisque pernoctarent, descrip-
tæ sunt; & quia Insulani conferta agmina in
montiũ iugis ostentabant, extra oppidũ, ad re-
tardandos eorum conatus, statio fuit collocata.
Oppido direpto, thalassiarchus edicit, vt quid-
quid prædæ repertum ibi fuerat, ad rei mariti-
mæ præfectos comportaretur, graui pœna pro-
posita in eos, qui inde quidquam sibi reserua-
rent. Sequenti luce è nautis quidã ad montana
loca profecti, ab Insulanis, locorum multo pe-
ritioribus, circumueniuntur, & viginti eorum
interfectis, reliqui per salebrosa & inuia mag-
no cũ vitæ periculo ægre se abducunt. Ea res
etsi Hollandis excurrendi ardorem valde re-
stinxit: Insulanos tamen non omni metu libe-
rauit. Timebant enim domicilijs suis, in quibus
hostes diuersabantur, à quibus digredientibus

nullam aliam hoſpitij mercedẽ ſperabant, quã eiuſmodi inquilini perſoluere ſolent. Aliquoties ergo miſſis internuncijs, cũ thalaſſiarcho de lytro, quo ſua ab incendio redimerent, egerunt: ſed tranſigi inter eos nihil potuit, quod alteri nimio plus poſtulare, alteri minus quam par erat offerre viderentur. Comportari ergo prædã omnem ad naues iubet: & in primario templo, ſuæ religionis ritu, ſacris peractis, duo circiter hominum milia, ad eos perſequendos mittit, qui in ſyluas & montes profugerant; qui tamen nulla re perfecta, ſeptuaginta ſuorũ amiſſis, in quibus vnus nauarchus, paullo poſt ſunt reuerſi. Quarto demum die Iulij arcem oppidi puluere ſubiecto euertit, templa, monaſteria, aliaque ædificia ſuburbana, ipſum denique oppidum incendit; & dato profectionis ſigno, ad alterum Caſtellum, quod primum expugnatum fuiſſe diximus, Gratioſam nomine, ad claſſem redit. Vix à terra ſoluerant; quum Inſulani è latibulis ſuis, cognito hoſtium diſceſſu, prodeunt, & ad reſtinguendum incendium accurrunt.

Interea Gratioſam & ipſam cuniculis ſuffoſſam puluis incenſus horribili cum fragore, & magna Inſulanorum trepidatione diſijcit & diſturbat. Thalaſſiarchus collectis ad claſſem omnibus militibus, concilium conuocat, cumque ijs qui locorum eorum periti erant de inuadendis reliquis inſulis deliberat. Explicatis iam velis, Inſulanorũ quidam, pacis inſigne gerentes, in litore dant ſe conſpiciendos. Ad eos celoce miſſa intelligit, de captiuis redimendis agere velle: è quibus nonnulli ſtatim, repræſentato

lytro,

lytro, fuêre dimissi, ceteri abducti. Hinc ad Teneriffam, quæ & ipsa in Canariarū est numero, classis, aduersis tempestatibus acta, anchoram iecit. Heic scaphæ omnes aquatum fuere emissæ. Classiarij in terram descendentes nullo omnino homine conspecto, sine vllo impedimento aquam nauibus important, & præcelsas lignorum strues, quæ toto litore multæ visebantur, ad eius, vt videbatur, defensionem factæ, concremant. Nullo ergo hic operæ precio facto, cursum versus Gomeram dirigunt, vno oppido munitam. Ventus tum inconstans admodum & procellosus classem hinc inde disiecerat: verum vbi ea se, remittente tempestate, collegit, thalassiarchus, vno solū catascopio comitante, quam proxime potest ad litus vrbi vicinum nauem suam appellit; & in anchoris stans socios exspectat, qui totam eam noctem incredibili cum labore, vt litore potirentur, incubuere. Mane, classiarij in scaphas impositi, in terram egrediuntur. Hic omnia fugæ vestigijs plena conspiciunt, & oppido defensoribus vacuo, itemque arce non procul inde ad litus posita occupatis, quadringenti circiter, vt fugientes cum præda interciperent, alia parte in vallem quandam descendunt, sed elusi, ad montana vsque persequuntur. Insulani quantum possunt, se cum ijs quas asportauerant rebus, in cauernas & notā cubilia abdunt: inde in classiarios, iam in loca insidijs opportuna præcipitatos, vndique impetu facto, eorum omnium exitio imminebant, qui ad se perdendos venerant. Classiarij loci iniquitate circumuenti, præcluso

Gomera inuaditur

præcluſo omni ad fugã exitu, armis, in quibu ſolis ſpes erat, quam poſſunt fortiſſime ſe tuen-tur, tandemque multis vtrimque occiſis, viam ſibi patefaciunt, trepideque, ſole iam ad occa-ſum vergente, in vrbem vt diximus, occupatã ad ſuos reuertuntur. Ibi per ſtationes diſtributi pernoctant: mane ſequenti loca omnia, in qui-bus defoſſum aliquid credebatur, excutiunt: ſed præter pauca vini dolia, tres machinas æ-neas, & campanas aliquot, nihil repertum. Et-ſi vero quam difficilis eſſet ad montes, in qui-bus Inſulani deliteſcebant, aditus, quantoque difficilior exitus, ſuo ante malo ſenſerant: tan-tum tamen in nonnullis potuit prædæ auiditas, vt, contemptis omnibus etiam præſentiſſimis vitæ periculis, ad ea vſque loca procurrerent, vnde multi pedem non retulerunt. Ne ergo non neceſſario diſcrimini ſuos obijceret, tha-laſſiarchus copias recenſet, & cũ præda, nõ ma-gna illa quidem, & care empta, nauibus rur-ſus imponit, omnibus prius ferro flammaque vaſtatis. Ita duæ longa pace florentiſſimæ in-ſulæ, & quæ merito, ſi cœli ſpectes ſolique in-genium, inter Fortunatas haberi poſſunt, ab Hollandis occupatæ, omnes belli calamitates ſunt expertæ, & alienam inuidiam odiumque grauiſſime luerunt. Sed nec Hollandis felix admodũ ea fuit expeditio: quippe qui ne vnũ quidem terræ pedem occupatũ retinuerunt. & præda quidem omnis, ſi cum immenſis ſumpti-bus in claſſem factis compararetur, exigua admo-dũ videri poſſit, minimeque digna, quæ tot pe-riculis, laboribus [illegible]tibus emereretur. His ita, vt com[illegible]mus, rebus geſtis, thalaſſiarchus

conci-

oncilio habito primum omnibus gratias agit
ro opera patriæ & principi Mauricio contra
Hiſpanorũ Regẽ bene & fiedliter nauata : inde
x omni numero naues triginta & quinque ſeli-
git, firmiſſimas, eaſque naũtis, claſſiarijs, cete-
iſque rebus omnibus munit. ceteras. præfecto
oanne Gerbrandi, cum præda domũ remittit.
Vt hoc faceret multæ eum cauſæ impellebant.
Nã & in nonnullis nauibus magna pars alimo-
niæ iam abſumpta erat; & claſſiariorũ epibata-
rumque numerus non leuiter imminutus: præ-
terea ex eo, quod pæne nullos qui reſiſterent
hactenus offendiſſet; exiſtimabat tantis viribus
quantæ in vniuerſa claſſe erant, ſibi opus non
eſſe. Quum ergo alter alteri valedixiſſet, om-
niaque fauſta precati eſſent: hi in patriam, illi
verſus inſulas ad occidentẽ ſitas, diuerſis itine-
ribus contendunt. Nauiũ quæ domum prope-
rabãt, multis tempeſtatibus agitatæ, & diſiectæ,
tandẽ altera poſt alterã in diuerſos portus ap-
pulſæ ſunt: Thalaſſiarchus cũ ſuis Santomam
inſulã, quã alij à præcipua vrbe Sancti Thomæ
appellant, ſub ipſo æquinoctiali ſitã petit. Ha-
bitant ibi Luſitani: tota quũ alijs reb. tũ maxi-
me ſaccari prouentu, abundat. Expoſitis in ter-
rã militibus, thalaſſiarchus oppidũ Pauoaſam
oppugnat, & ſegniter ſe defendentibus Inſula-
nis, ſine magna ſociorũ iactura, expugnat, cap-
to Franciſco Meneſio, totius inſulę præfecto.
Hic quum gens è ſeptentrionalibus locis pro-
fecta, & frigoribus potius ferendis, quam æſti-
bus, qui ardentiſſimi ibi ſunt, aſſueta, cupide ſe
aqua ingurgitarent, quam & ipſam ab inſula-
nis corruptam aliqui exiſtimant, humi etiam

S. Thomæ oppidũ expugnatum

aſſidue cubarent: morbus & vehemens & contagioſus vniuerſum exercitum peruaſit, quo plures magno cum dolorum cruciatu quotidie extinguebantur. Præda igitur aliquanto ampliore, quam quæ in Canarijs reperta, nauibus illata domũ redire thalaſſiarchus decreuit. Sed iam plerique omnes morbi peſtilentiſſimi ſemina conceperant: qui tanta immanitate graſſatus eſt, vt præter magnum claſſiariorum & nautarum numerum, thalaſſiarchus, omneſque cum eo centuriones, duobus tantum exceptis, Campio & Caluardo, eo perierint, inque maris fundo fuerint ſepulti. Miſerabilis erat facies, videre alios morientes, alios animam agentes, alios præcordijs iam conceptam mortẽ ſignis oſtendentes: dum alij in mare alios abijciunt, mox & ipſi abijciendi. Qui tamen morbum euaſerunt, cum præda omni paullò poſt partim in Hollandiam, partim in Selandiam appulerunt. Ecce tibi rerum humanarum inconſtantiam, dum modo hi, modo illi lugent; dum Inſulanorum victores ab ea, quæ omnia vincit, morte vincuntur; dum qui aliorum ædificia fortunaſque ſuccenderunt, & ipſi morbis dolorique facibus peruruntur. Hæc illa fuit ad Canarias expeditio, cum maximo vtriuſque partis damno confecta: qua tamen Hollandi multum gloriabantur, vtpote quibus eo tempore quo Hiſpanorum exercitus magnis viribus Bommeliam oppugnat, tantum animi viriumque ſuperfuit, vt hoſtem foris quærere non dubitarint.

Contagio classem Hollandicã infeſtat.

VACHTENDONCVM INSIDIIS INTERCIPItur.

HYems anno 1600. rigidissima fuit, adeo vt pleraque flumina glacie starent cócreta, nec hominibus tantum, verum tiam plaustris essent peruia. Hac vsus occasine, Principis Mauritij iussu & instructione, udouicus Nassouius Vachtendoncum, Gelriæ ppidum suis per fossam glacie stantem immiss, capit. Præfectus qui in arce erat, quum aiquamdiu se cum paucis, quos circa se habebat, efendisset, & hostes per fossam vndique cereret irruentes; accepto vulnere, se arcemque edere fuit coactus: quam, vt & oppidum, Ordines præsidio & opere mirum in modum postà communiuerunt.

Vachtendoncum insidiis occupatū.

SANTANDREANVM OBSIDETVR A MAVRITIO ET *ad deditionem cogitur.*

MVltis, ijsq; maximis difficultatibus Albertus Archidux tota hac hyeme conflictatus fuit. Hac enim hostis vrgebat vigilantissimus, & magna agitans animo: illac milites, ob non soluta stipendia tumultuantes, imperiū detrectabāt: agricolæ & ciues à militibus misere diuexati, luctu & querelis omnia cōplebant. Manus militum non exigua, Geldricis oppidis exclusa, Aumontium, Leodiensis ditionis vicum, occupauit, & operibus munijt: vnde quotidie excurrentes, vicina loca omnia sib

Milites Archiducis tumultuantur.

bus

tributaria fecerunt. Dum hi placantur; præsidiarij ad fanum S. Andreæ, in Bommelia insula relicti, & ipsi tumultuantur, duces suos & tribunos expellunt, protestati prius, velle se nihilominus, quam Hispaniarum regi & Alberto Archiduci dedissent, fidem conseruare, nec aliud quærere, quam stipendiorum solutionem, Mauricius, nequaquam hanc rei bene gerendæ occasionem amittendam sibi existimans, primo vere, Martij scilicet decimo octauo, Haga profectus, Dordracum venit; eodem die commeatus, & milites ducentis nauibus impositos, per Molam aduersum subuehi iubet, & ad Creuecoram munimentum vicesimo primo eiusdem mensis exponit; & postridie, misso præcone, deditionem fieri postulat. Præsidiarii (quatuor signa peditum erant, Valones omnes) rebellionis sibi conscij, & hostium in oppugnando diligentiam conspicati, partim diffidentia, partim metu deditionem pacti sunt; & duo quidẽ signa Ordinibus sacramenta dixerunt; reliqua se ad suos in castellum Santandreanum receperunt. Hoc successu alacrior factus Mauricius, etsi aliena anni tempestate, Santandreanum obsidere statuit, magnaque diligentia ea maxime parte, quæ Brabantiam spectat, communitis castris, oppugnandi facit initium. Ceterum quũ per Vahalim multis cum periculis commeatus subueherentur, quod præsidiarij è castello vicino prætèrnauigantes vehementer infestarent; fossam qua Vahalis in sinum contra castellum curuatur, duci iubet; quæ inferius iterum cum Vahali commissa, militari ioco Crux S. Andreæ fuit appellata. Inde perforatis aggeribus, plana

Creuecora deditur.

Santandreanum obsidetur.

omnia

mnia inundata fuere adeo vt aqua Siluamducis
sque stagnaret. Obseptis omnibus partim di-
uuio, partim hostili opere vijs: Hispani Barlot-
a, & Ludouico Velasco ductoribus, obsidionē
oluere conabantur; sed re infeliciter tentata,
etrocesserunt. Sed nec Siluæducenses, vt præ-
diarijs animum adderent, nec hi, vt locum de-
endderent, quidquam omnino intentatum re-
inquebant. Valde quidem hostis; sed multo
nagis aqua eos vrgebat, fluminibus hiberna
iue supra modum auctis. Quare post propug-
acula ceu cuniculi cauernis inclusi latebant,
uditate & algore confecti. Interea Mauritius
nunitiones suas propius egerat, & ad assultum
e comparabat: ad quem præsidiarij tandem,
mni auxiliorum spe, sed & pugnandi volunta-
e abiecta, internunciū miserunt, cū his postu-
atis: Traditurōs se castellum, si quinquies cen-
ena aureorū millia, quæ ipsis ab Archiduce sti-
endij nomine deberentur, Ordines numera-
ent. Oblata ipsis fuerunt centū & viginti quin-
que millia: quæ summa etsi nimis exigua vide-
atur; eo tamen quod præsens erat, vti malue-
unt, quam incerta sequi, præsertim quum apud
Archiducem rebellionis rationem reddendam
ibi scirent. Et Mauricius, etsi castris suis ab ho-
te non multum metuebat; timebat tamen aqua-
um eluuionem, quæ si paullulum increuissent,
ericulum erat, ne castra mouere, & tormenta
lio transferre cogeretur. His ergo conditio-
ibus octauo Maij facta fuit deditio; I. vt ægri
& vulnerati, quoad conualuerint in oppidum
liquod confederatarum prouinciarum recipe
entur, ijsque rata pars singulis de prædicta ar-

Conditiones deditionis.

genti summa daretur. 2. Vt viduis ex prædicta summa donũ gratuitum tribueretur. 3. Vt omnes qui Ordinibus Confederatis ante militarũt, in gratiam reciperentur, nec debiti sui parte fraudarentur. 4. Vt quicunque discedere inde volent, recepto argento, saluus conductus ijs præstetur: qui vero manere voluerint, ne deteriori sint quam ceteri Ordinum milites conditione 5. Qui Creuecora Santandreanum venerunt ijs æque ac alijs satisfieret. 6. Vt nihil eorũ quæ hic acta sunt, cuiquam exprobretur. 7. Militibus, interueniente Mauricij Principis consensu, fas sit octo è Valonum, & tres è Germanorum numero eligere sibi centuriones. 8. Omnes non milites in locum tutum sine vlla iniuria deducantur. 9. Qui sub Ordinibus stipendia facere volent, idem quod ceteri, iuramentum præstent, &c. Vndecimo Maij viritim sua cuique rata pars fuit distributa, scilicet centeni seni floreni: Mauricius, cum magna hominum multitudine, qui eò ad spectandum venerant, castellum ingressus, locique situm diligenter est contemplatus. Repertæ ibi sunt machinæ octodecim, sex & nonaginta vasa pulueris, aliquot globorum millia, copiosa omnis generis armatura, frumenti & polentæ magnus numerus. Ita ergo non toto menstruo spacio munimentum natura & arte tantum non expugnabile in eorum, ad quos domandos erat exstructum, concessit potestatem. Sic vos non vobis nidificatis aues.

BATA-

BATAVI ORBEM TERRARUM CIRCUMNAuigant.

QVi primus Orbem hunc terrarum circũnauigauit, Ferdinandus Magellanus fuit; is à quo fretum illud, quod Auſtrale mare Indicum cum Septentrionali committit, nomen habet. Eum duo Angli ſequuti ſunt, Franciſcus Dracus & Thomas Candiſius. Hæc verò vnica gloria Batauis adhuc deerat: qui vt hac noſtra ætate, quemadmodum ſupra quoque dictum, ceteras fere omnes gentes (ſi regionum ſpectes magnitudinem) naualibus copijs vincunt, ita his quidem annis, illuſtriſſimi Principis Mauritij, tanquam ſupremi maris præfecti, auſpicijs, Indicas nauigationes ſummis viribus promouerunt. Et Anno 1600. & 1601. quidem complures naues precioſiſſimis rebus ſed inprimis pipere alijſque aromatũ ſpeciebꝰ onuſtæ ex Indijs in Hollandiam & Selandiam redierunt. Inter alias vero, tres in eundem portum Amſterodamenſem feliciter appulerunt: quarum vna Mauritij, altera Hollandiæ, tertia Celocis nomine erant inſignitæ; iamque tertiũ idem iter confecerant. Eadem lucri ſpe Selandi aliquot mercatores, contracta ſocietate, IV. naues adornarunt: quarum prima Selandiæ titulum ferens, DL. ſecunda Middelburgum, CCCC. tertia, Longum templum vulgo dicta CCC. quarta, Solis inſigne & nomen portans, CXX. doliorum nauticorum capax erat. Claſſis huius præfecti fuerunt Gerardus Deroius, & Laurentius Biggerus: quæ præter alimoniam

plusquam annuam, multasque alias merces, vltra CCCCL. millia Hispanicorum Regalium (vt vocant) siue thalerorum Imperialium signatæ monetæ, portabat: adeo vt in vniuersum classis huius precium, DCLX. millia florenorum excedere putaretur. Ea XXVIII. Ianuarij oram soluens feliciter confecto itinere, magno cum lucro rediјt.

Itemque Hollādica

Paullo post, XXIII. Aprilis huius eiusdem anni, tredecim Hollandicæ naues è portu Texelensi soluentes, idem iter ingressæ sunt: è quibus quatuor, quibus Iacobus Hemskirchius imperabat à veteri, aliæ vero quatuor sub Iacobo Grenerio præfecto, à noua instructæ erant societate. Quinque reliquæ, quibus VVolfhardus Hermanni F. præerat, priuatorum erant. Nomina eorum erant: Geldria, Selandia, Vltraiectum, Amsterodamum, Horna, Enchusa, Alcmaria, Niger Leo, Leo albus, Leo viridis, Leo ruber, Vigil & Columba: pleræque omnes sexcentenum, quædam etiam plurium doliorum capaces. De quarum itinere & successu in Belgica nostra historia diximus. Ex his quidem octo, quum iam ad XIX. gradum altitudinis peruenissent, 19. Maij in Hispanicam classem XIII. nauium inciderunt: vbi conserto prœlio & occisis vtrimque aliquot, pluribus vero sauciatis, dubia victoria discessum fuit. Ex Hispanica quidem classe nauis subprætoria vehementer lacerata ægre fluctus euasit: ex Hollandica vero Leo Ruber, de earum nauium genere quæ Celoces dicuntur, tot ictibus perforata fuit, vt spe itineris conficiendi abiecta, mercibusque in alias naues importatis, socij septē

eam

am nautis commiserint, qui eandem saluam in
Hollandiam reduxerunt.

Quod vero tantis studijs, sumptibus ac periculis Indicas has nauigationes Belgæ Confederati promouerint, non tantum lucri spe (quæ nonnunquam fallit: & vero aliquoties fefellit) verum etiam incredibili damno, quod inde ad Hispaniarum Regem eiusque subditos redundat, impulsi putantur. Et profecto si verum fateri volumus, sine hac Indica nauigatione vix est vt è tantis angustijs & difficultatibus quantis paullo ante constricti tenebantur, eluctari potuerint. Prohibito enim Hispaniarum Batauis ac socijs aditu, sublatisque omnibus inter subditos vtrimque commercijs, quin etiam detentis passim hominibus & ac nauibus, ac bonis in fiscum redactis, non publicum tantum ærarium, sed etiam priuatorum opes indies magis magisque exhauriebantur: & quod longe peius est, commercia quæ in Confederatorum regionibus superiori tempore summe florebant, ad vicinos populos, Gallos inprimis, transferebantur. Hæc igitur Ordinibus Confederatorũ visa ratio commodissima est, qua & sua tuerentur, & Hispaniarum Regi eiusque regnis ac subditis quamplurimum nocerent. Etsi enim is in Europa amplissimas ac ditissimas sub imperio habet prouincias ac regna nobilissima: præcipua tamen Hispanicæ potentiæ vis ab Indicis dependet thesauris. Quarum duplex est genus: vnum in auro & argento positum; quod magna copia è Potosianis & alijs Nouæ Hispaniæ ac Peruanæ fodinis eruitur, & in Hispaniam factũ atque infectum tertio fere quoque anno aduehitur,

Hollandi & socii Indicas promouẽt nauigationes.

hitur. Et hæ opes ſunt Indiæ Occidentalis, vt vulgo appellant. alterum genus ex Orientali India ac potiſſimum Moluccis inſulis adfertur, ſpecies ſcilicet ſiue aromata, vniones, margaritæ, ac eiuſmodi res pretioſæ. Vtramque vno itinere adijt è Batauis quidam; quod iam deſcribemus. Inter noua inuẽta, quib9 ętas noſtra gloriatur, nõ poſtremũ locũ obtinet pyxis nautica, cuius beneficio ad gentes multitudine innumerabiles, locis infinitas, immanitate barbaras, ſitu remotiſſimas, à noſtris eſt aditus patefactus. Tres inprimis hoc nomine ſuperiori æuo æternam adepti ſunt gloriam, vt ſupra dixi: Ferdinandus Magellanus, Luſitanus, cum ſocio nauigationis Sebaſtiano Cano, Italo: duo deinde Angli, Franciſcus Draco, & Thomas Candiſius: quorum ille primus tranſitum ad mare Pacificum ſiue Auſtrale inuenit, ac freto de ſuo nomen dedit; hi vero idem ingreſſi iter, circumnauigato terrarum orbe, magna cum præda, & immenſis diuitijs, in Angliam redierunt. Horum exemplo, ſimul etiam gloriæ & emolumenti ſpe incitatus, Oliuarius Nordanus, è Batauis, vere Neptunia prole, ortus, eandem conſtituit tentare fortunam. Quapropter cum quatuor nauibus è Goræa Hollandiæ portu profectus, poſt trimeſtrem fere nauigationem ad inſulam Principis appulit. Ibi in terram quoſdam expoſitos ab inſulanis commeatuum quantum poſſent, redimere iubet. Adſunt illi, primarios comiter exceptos in proximum munimentum deducunt, liberaliter de eo quod petijſſent polliciti. Vnus adduci non potuit, vt fidei ipſorum ſe permitteret, nauar-
chi

hi vicarius, & quod vulgus mesonautarum intra scaphas continere iussus esset; & nationi Hollandis infensæ parum fidendum existimaret. Quum ergo plures in insidias pertrahi non posse animaduertent: mox in quatuor illos fidem ipsorum secutos ferrum stringunt, è quibus tres è vestigio confossi, quartus fuga elapsus. Non prius insidias sensere Hollandi, quam profugum hunc præcipiti cursu naues repetentem, ac Lusitanos expeditis armis insequentes viderunt. Quare & ipsi (complures enim in terram exscenderant) ad naues suas propere se recipiunt, easque à terra summa vi propellunt: parum tamen abfuit quin ab insulanis opprimerentur, duobus in ipsa fuga occisis, quorum vnus Nauarchi erat frater. Hoc Insulanorum factum ægerrime tulit Nauarchus, habitoque concilio, omnibus viribus portum & arcem oppugnare, totamque insulam peruagari decreuit. Sed frustra. Ea enim erat loci natura vt facile plures à paucis non sustineri tantum, sed etiam reprimi, ac si vel paululum progredi vellent Hollandi, insidijs circumueniri possent, insulanis post dumeta latitantibus, atque in omnem occasionem vel eludēdi vel elidēdi hostis intētis. Quare omissa oppugnatione, nauarchus id tantū efficere statuit, vt aquā recentē, qua diutius carere non poterant, nauibus inferret, eumq; in finē excitata ad fontis cuiusdā os munitione, breui aquationē vel inuitis hostibus perfecit. Sublatis inde velis, promontorium Lupi Consalui petunt, vbi duæ Belgicę naues Amsterdamēsis vna, altera Selādica in anchoris stabant. Tantisper hic morati, dū

Promontorium Lupi Consalui.

 cum

cum victoribus colloquerentur, Rio Iauerum tendunt, de penu instruendo vehementer solliciti. Adeunt mox Insulani aliquot, atque inter eos Lusitanus quidam, Belgicæ linguæ non imperitus, magis explorandi quam peregrinos iuuandi causa missi. Rogati vt viam aliquam recentis annonæ precio quod ipsi dicerent comparandæ ostenderent, dubio responso ex incertis magis incertos Hollandos reddiderunt: Lusitanus tamen à Nauarcho liberaliter habitus spem aliquam fecit. Sic dimissi, postridie rursus adnauigant, fructuum nihil, præter pauca mala citria aduehentes. Ea res suspicionem genuit Hollandis, id agi, vt inani spe detenti, magisque exhausti, opportuniores iniurijs relinquerentur. Quin idem ille Lusitanus non obscure præ se ferebat, exiguam commeatus consequendi spem esse, nisi rationem aliquam inirét Hollandi qua vel ab inuitis extorquerent. Eo igitur eum vno atq; altero apud se manere iusso nauarchus scapham cum reliquis ad loci præfectum mittit, addita obsecratione, vt commeatibus quibus posset, egentes, accepto precio, iuuare vellet. Quum differretur responsum, classiarios aliquot tribus scaphis in terrã exponit, fructuum aliquid recentium, quibus ad reficiendos ægrotos vehementer opus erat, conquisituros. Sed nec hic conatus successit. Insulani enim ex insidijs magno numero prosiliẽtes, vix egressos ad naues repulerunt, duobus etiam circumuentis, & captis. Non cessissent barbarorum sagittis Hollandi, nisi è proximo castello maiora tormenta in ipsos & naues displosa fuissent. Inde de captiuis permutandis agi cœptum,

quibus

Insula S. Sebastiani

quibus reuersis, nauarchus ad insulam S. Sebastiani cursum dirigi iussit, quam totam vepribus & syluis obsitam, & incultam deprehenderunt, ita vt præter aquam recentem & pisces nihil ibi commeatuum potuerint nancisci. Continuato itinere, nauium vna rimis fathiscere tantopere cœpit, vt iamiam in profundum mergenda videretur. Epibatæ tamen noctes diesque ad antliam stantes, omnibus modis conseruare eam annixi sunt, sed quum ne sic quidem periculum propulsari posset, mercimonia & quod in ea precisum, efferri iussum: quod tamen ipsum tempestas ac venti prohibuit vehementia. Quare instante iam ijs in locis hyeme, nautis etiam & classiarijs non paucis morbo languescentibus, ad insulam S. Helenæ appellere, ibique hybernare visum. Sed inspectis tabulis, quod iam longe præteruecti essent, spes illa irrita fuit deprehensa. Proximum consilium fuit, vt vel insulam Ascensionis, vel continentem Brasiliæ oram peterent. Tanta enim vis morbi erat, vt breui omnes absumpturus videretur, nisi in terram languentes expositi recrearentur. Hoc in cursu fortuna eos ad alium quam petebāt locum detulit. Insula erat S. Claræ nomine insignis, fructuum parum ferax, nec aquationi idonea. Exscendere tamen, & ægrotos in terram exponere cogebat necessitas: quibus vna res, post Deum, saluti fuit. Prunus erat syluestris, cuius fructibus vescētes breui à morbo conualuerunt. Hucusque nauis illa rimarum plena, quam diximus, sequuta eos fuerat: quam, quum tam longam & difficilem nauigationem conficere non posse omnes censerent, euacuatam subiectis ignibus concremarunt.

marunt. Hinc ad Insulam S. Sebastiani repetito cursu, aquationis gratia contenderunt: inde illata aqua, ad Portum desiderij. Insula & hæc est, barbaris inhabitata. Est in ea auium genus (Pinguinas vocant) si tamen aues sunt, quæ volare nequeunt, tanta multitudine, vt vel multa milia paucis horis fustibus occidi possint. Tam cicures sunt, vt non modo conspectum hominis non fugiant, sed pæne vltro veniant ad manus. Ouis tum incubabant, quorum etiam vim non exiguam præter auium quinquaginta milia, in naues comportarunt. Struthiones hic quoque sunt, sed ad cursum expeditiores. In vno nido vndeuiginti oua deprehensa, pænè miraculo fuerunt. Soluentes inde, ad os freti Magellanici, post quatuordecim mensium iter peruenerunt. Incredibile dictu est quam grauia dictu, perpessu aspera in hoc freto superando pertulerint. Quater ostium ingressi, quater ventis aduersis reiecti sunt. Tandem primis superatis angustijs duas insulas conspiciunt, & in earum altera homines, vel potius feras hominum imagines gerentes. Ad eos mittuntur classiarij aliquot scaphæ impositi; sed nutu significabant barbari, vt in terram descenderent minime se passuros, & in eos tela confertim iaciebant. Progrediuntur illi nihilominus: barbari viribus & armorum genere impares, speluncas repetunt, ab earum aditu Hollandos insequentes summa vi prohibere conati. Non prius à pugna cessatum est, quam viris omnibus interfectis. Iacebat exanimis imbellis mulierum & puerorum turba, quorum vitæ parsum est; sed vt regionum istarum situs hominumque mores diligentius explorarentur, quatuor inde

Fretum Magellanicum.

pueri

ueri ac duæ puellæ abducti. Horum vnus, ex
liuturno vſu hauſta noſtratis linguæ noticia, de
egionibus iſtis & earum cultoribus hæc fere
etulit. Cultores omnes non inſularum tan-
um, ſed etiam Continentis illius in certas fa-
milias ſparſi ſunt & diuiſi, quæ ſingulæ quaſi
ingulas conſtituunt nationes. Hi, quos malè
nultatos ab Hollandis diximus, Enoo dicun-
ur; regio quam habitant Coſſi. Inſularum v-
na, minor ſcilicet, Talque; altera, quæ maior,
Caſtemme indigetatur. Maximam partem a-
uibus Pinguinis & ſtruthiocamelis victitant, è
quarum etiam pelle detracta centones ſibi con-
cinnant, quos humeris inijciunt, cetera nudi.
præter hanc quatuor aliæ ſunt familiæ (quarum
quidem noticiam pueri illi habebant) Kemene-
tum ſcilicet, qui Caraiam, Kennekatum, qui
Caramaiam, Caraicorum, qui Morinen regio-
nes inhabitant. Horum omnium ſtatura cor-
poriſque modus parum à noſtratium differt.
Faciem coloribus pingunt, vt tanto ſint terri-
biliores. Sed ijdem aliud hominum genus ibi
reperiri aiebant, Tirimenas nomine, Coin re-
gionem incolentes; quorum ſtatura vel decem
aut vndecim pedes excedat. Cum ſuperioribus
illis aſſidua bella gerunt, quos ſtruthiocame-
lorum voratores per conuicium appellant: vnde
quis non inepte colligat meliori illos cibo vti;
credibile tamẽ eſt, anthropophagos eſſe. In hoc
freto cõmorati dies aliquot Hollandi dũ quæ ad
iter neceſſaria apparantur, fruſtra aliquoties ex
anguſtijs illis eluctari conati ſunt, vel ęſtu vel vẽ-
to eos retroferente. ſemel atq; iterum in terram
ęgreſſi, dum oſtreis & cochleis legendis, quarum
ingens

ingens illis in locis copia, operam dant, à barbaris fugati, nonnulli etiam interfecti sunt. Tandem, fauente vento, in mare Australe delati, Lamocham versus nauigare cœperunt. quæ insula est non procul à Chili, continentis regione, mediocri magnitudine, pascuis & pecore fecunda. In meditullio eius mons assurgit, è cuius scissura, quæ medium secat, fons aquæ limpidissimæ scaturit, & per plana in mare decurrit. Quum fidere barbaris non auderent, mesonautam quendam, in quem sententia lata erat vt in barbarorum terra destitutus relinqueretur (quod pœnæ genus Nauarchi quoque vicario, quod temere contra Nauarchum insurrexisset, in freto Magellanico paulo ante irrogatum fuit) in terram pauculis mercimonijs instructum emittunt, periculum mercaturæ cum incolis suo periculo facturum. Faciles illi se præbuerunt, sed quod nox ingrueret, vt cras rediret, nutu significarunt. Vix diluxerat, Hollandi nuncio læti, duabus scaphis ad terram feruntur, factaque permutatione, pro securibus, cultris & id genus ferramentis, ouium, gallinarum, secales, peponum, aliorumque fructuum non exiguam copiam ad naues retulerunt: quin etiam duo ex insulanis primarij vltro ad naues profecti, & à Nauarcho comiter tractati, sine vllo metu inter Hollandos pernoctarunt. sequenti die ijdem Hollandos ad casas suas deduxerunt. E stramine contextæ erant, longæ magis quam latæ. Euocatæ à viris fœminæ, in duo agmina distributæ sub dio in solo consedere; viri cum Hollandis truncis quibusdam pro sedilibus vsi sunt. Prodit mox vetula, cum vrna fictili, potu quem

Potus Indicus.

Cici

Cici appellant, plena. Acri is eſt ſapore, & è
rumento Indico (Maitz vulgo) & aqua hoc mo-
o confectus. Anus edentulæ frumentum man-
unt, manſum aqua miſcent, & eandem ferueſ-
entem iam dolijs condunt. Quanto prouectio-
i ſunt ætate quæ potum conficiunt, tanto meli-
rem fore augurantur. Hunc auidiſſime ad e-
rietatem vſque ingurgitant, conuiuia toto die
gitantes. Ferunt olim Hiſpanum quendam ad
anc inſulam naufragio eiectum, toto quadri-
nnio inter incolas miſeram egiſſe vitam: quod
i à ſobrijs quidem nihil eſſet periculi, ſed quã-
rimum vino incaluerant, ad necem conquire-
etur. Quare vt vitam ſuam tueretur, cum filia
uiuſdam primarij familiaritatem contraxit:
uæ non ſemel à morte eum liberauit, intra la-
ibula ſuſceptum. Vxores ducunt quiſque quot
lere poſſunt. Ditiſſimus habetur cui multæ
unt filiæ, quas à parentibus proci redimere co-
guntur. Homicidia non puniunt: cæſi tamen
ropinquis liberum eſt homicidam niſi cum ip-
is pacificatur, quocunque loco & tempore iti-
lem obtruncare. Oues habent, oblongo inſtar
ruis collo, tam villoſas, vt lana terram radat.
ncredibile dictu eſt, quod Ioannes Stadius Hõ-
urgenſis, & Vlricus Schmidlinus Straubingẽ-
is in ſuis itinerarijs afferunt, tanta ſcilicet ma-
gnitudine oues in India reperiri, vt pro iumen-
tis clitellarijs aut etiam equis eis vtantur. Ve-
rum tamen eſſe, ipſa experientia docuit. Ac pro-
fecto inepte faciunt, qui ex noſtrarum regionũ
moribus & fructibus de illis tam longe diſſitis
iudicium faciunt. Sed ad rem. Oues has magni
faciunt, vtpote quibus in colenda terra & ve-

Oues Indicæ.

ctandis

ctandis oneribus vtuntur: sed vbi defatigatæ fuerint, nullis verberibus cogi possunt vt vel vnum passum progrediantur, quin etiam caput balantes, vltro feriendum præbent. Discedens hinc nauarchus duabus cum nauibus (alteram enim in freto Magellanico è conspectu amiserat) ad insulam S. Mariæ contendere decreuit. Conuentum enim erat vt si forte tempestate, vt fieri solet, disijcerentur, is qui prior appelleret, prædicto loco ceteros per duos menses præstolaretur. Appropinquantes, nauem in portu conspiciunt, ad quam rati illam ipsam esse quæ aberrauerat, cursum instituerunt. Non diu moratus Hispanus (ex ea enim gente erat) funibus abscissis, nauim in fugam agit: quam toto die persequuti Hollandi tandem interceperunt. Nec enim omittendam eam sibi existimabant, ne aduentus Hollandorum ad vicina loca nuncium perferret. E vectoribus, quibus omnibus vitæ grátia facta, nauarchus intellexit, quid Simone Cordesio, Hollandico nauclero, ad ea loca delato, & à barbaris cum viginti quatuor classiarijs occiso, factum esset. Hoc modo relicta insula S. Mariæ, ad quam redeundi, ob ventos aduersos, spes nulla erat, nauarchus portum S. Iacobi (Val-Paraiso vulgo) in Chili prouincia, petere constituit. Situs hic est sub XXXIII. gradu vltra æquinoctialem, Austrum versus, à ciuitate S. Iacobi octodecim circiter miliaria distans. Regio tota fecundissima est, in primis ouibus, quarum tantus ibi est numerus vt solo seuo naues onerentur. Vinum quoq; fert colore & sapore Francico nõ absimile. Hic similiter deprehensas aliquot Hispanorum naues

Portus S. Iacobi.

es Hollandi incenderunt, vnam vero secū ab-
uxerunt. Detentus hactenus apud eos fuerat
ius nauis, quam ad insulam S. Mariæ captam
iximus, nauclerus, cum septem vel octo nautis
c classiarijs. Hi omnes de mercibus quas præ-
icta nauis vexerat, interrogati, constantissime
egarunt quidquam aliud præter seuum ouil-
um, farinam & laridum fuisse. Quare Nauar-
ho visum est nauis præfectum cum suis dimit-
ere, excepto gubernatore cum duobus man-
ipijs, quod illius opera, vtpote locorum in
uibus erant, periti, egerent. Sed operæpreciū
uerit, si supradictæ prouinciæ Chilæ, vel poti-
us litoris eius descriptionem, partim ex huius
ermonibus, partim ex ipsa experientia ab Hol-
andis acceptam subiungamus. Chile prouincia
à meridie Peruanæ iacet regionis, ad mare pa-
cificum exposita. Nomen ei ab incredibili fri-
gore impositum volunt. pluuias, fulmina, & to-
tius anni mutationem sentit quemadmodū Eu-
ropa, estque partim maritima, partim montana,
sed quæ pars mare spectat, aliquanto est calidi-
or. Illud mirabile est, quod fluuij interdiu de-
currunt, noctu vero frigore pæne congelati tar-
de admodum & pigre incedūnt. Incolæ proceri
sunt, & bellicosi. Arma illis arcus & sagittæ: ve-
stitus, ex animaliū pellibus, & lana. Metropolis
regionis est D. Iacobi vrbs, de qua supra: sequū-
tur, Osone, oppidū lanificio nobile; Villaricca
è qua magna copia Indicarū vestiū in vicina loca
circumuehitur. Baldiuia ad ripā fluminis sita,
fodinas habet; quod inde, vt & asseres, Limam
deportari solet. Hanc incolæ Chilienses Anno
M D X C I X. expugnarunt, & occisis omni-
bus Hispanis, diripuerunt: qui paulo post nouā

Chila prouincia descriptio.

ea

eo coloniam deduxerunt. Imperialis, ciuitas est, primo Hispanorum aduentu plusquam à ducentis incolarum milibus inhabitata, quos omnes pauci Hispani internecione deleuerunt Quia enim Hispanos immortales, & tantum non Deos existimabant, resistere eis minime audebant tum quidem: iam enim mortales esse experientia edocti, iugiter rebellant, atque hoc ipso tempore Imperialem vrbem obsederant; valdeque metuebant Hispani, ne vniuersa colonia extincta esset, quod iam diu de euentu obsidionis nihil audiretur. Angola ad triginta miliaria ab Imperiali abest, duodecim à Conceptione. Ei cui imperio tum præerat Ioannes Rudolphus Lanspergius, cuius pater Vitebergæ natus fuit. Auro itidem diues est: quod tamen ob continuos incolarum motus scrutari vix licet. Tucapel inter Lamocham & S. Mariæ insulam iacet. L tus hic importuosum, nec vlla statio nauium reperitur, quam ad promontoria Lauapiæ, ex aduerso insulæ Sanctæ Mariæ: vnde hodieque ab his locis exclusi sunt Hispani. Arauca arx est, vix quatuor ab insula Sanctæ Mariæ distans miliaria. Hispani eam tenent, pedē tamen efferre vix audent, vicinorum metu, qui capitali eos odio prosequuntur. Proxime hinc abest insula S. Mariæ, Hispanorum imperio subiecta: cuius sæpe hactenus fecimus mentionē.

Insula S. Maria.

Conceptio sequitur, portus amplissimus, valido præsidio munitus, vbi Chilianæ prouinciæ gubernator domicilium habet. Auri prouentu locus hic vicinorum nulli concedit. Vltra hanc, continentem versus ad triginta miliaria, Siliau aliud præsidium centum quinquaginta Hispanorum

orum conſpicitur: non auri quidem illud, ſed
ini ceterarumque frugum prouentu inprimis
ommendatum. Coquimbo oppidum ſexagin-
a circiter miliaria ab vrbe S. Iacobi diſtat. ve-
as habet auri & æris, quæ tamen foſſorum in-
pia (incolis omnibus ab Hiſpanis trucidatis)
n obſcuro ſub terra & ocioſæ latent. Gualco
inus eſt maris, à cultoribus quidem deſertus,
antæ tamen fertilitatis vt vitium & arborum,
uæ olim ibi conſitæ, fructus, præſtantia cum
uibuſuis poſſint comparari. Morre-Morrene
ocus eſt ab hominum cultu deſertus: frequen-
atur tamen ab interioris regionis incolis, qui
iſcandi gratia eò commeare, piſceſque fumo
uratos Potoſianis vendere ſolent. Riodeloa
uoque nulla alia re niſi piſcatu commendatur,
uo vno accolæ, egeni homines, victum ſibi pa-
ant. Terrepaca præter piſcatum, vbere felix
ſt picis optimæ & odoratiſſimæ prouentu: cu-
us magna vis Ariccam comportatur. Eſt vero
ricca maximum oppidum, militari præſidio,
ellico apparatu & tormentis valde munitum.
bi enim argentum Potoſio allatum nauibus im-
oni, atque inde in Hiſpaniam auehi ſolet. Pun-
adechile portus quondam fuit ad Potoſium, vbi
auca iam reſtant ædificia. Farinam tamen hic
ocus dat, aliaque ad victum pertinentia. Cilo-
a alius portus eſt, in ſinu quodam reducto ſiue
ncuruato, altis montibus hinc atque hinc in-
luſo. Non procul hinc abeſt Arequipa, nobi-
is Hiſpanorum colonia, fecundo ac ſalubri
oco condita, ac trecentis amplius ædificijs ni-
ens. Sex miliaribus vlterior Camana, vini fe-
aciſſima, quod cum alijs frugibus Chilcam in-

Aricca oppidum.

T de

de magna copia exportatur. Lanaſca à portu :
Nicolai haud longe diſſita, nullos habet ciu
niſi Hiſpanos. Vinum quod hic vberrime, vt
in valle Oconge, prouenit, omnibus tam in P
ruana quam Chiliana regione præfertur. Par
co & Piſco duorum portuum nomina ſunt, vic
norum admodum. Hinc duodeviginti miliari
abeſt Ica, vini ſupra quam credi poteſt fera
quippe vnde quotannis multa cadorum mil
ad diuerſas regiones deducuntur. Chilca ali
portus eſt, vbi argenti viui magna eſt copia. To
tius vero maritimi tractus cultiſſima eſt Lim
in amœniſſima valle ad ripam amnis ſita. Mir
hic eſt aeris temperantia, ager rerum omniu
fertilis, præſertim frumenti, fabarum, piſorū
& eiuſmodi leguminum, ficuum etiam, malor
citriorum, arantiorum, limonum, peponum
& ceterorum fructuum. Raræ hic, immo null
vnquam, quantum Hiſpani meminerant, viſ
ſunt pluuiæ. Terra, vt diximus, nihilominu
tanta eſt fecunditate; vt ſpica duplo plus fru
menti quam in Hiſpania ferat. Quotannis me
tunt, hac quidem ratione. Quando in regioni
interioribus, ad viginti circiter miliaria, ſemi
na in terram iaciuntur, in parte maritima fru
ges demetuntur, & viciſſim: Vnde mirum e
quanta paſſim ſit annonæ vbertas. Condita fui
hæc vrbs à Franciſco Pizarro anno M D X X X V
loci, portus inprimis ſequuto opportunitatem
ad quem ex omni illo litore naues contrahun
tur. præter domicilium proregis, Archiepiſco
palem quoque habet curiam, cui ceteri omne
Epiſcopatus ſubſunt. Salinæ octodecim milia
rib us à Lima diſtant. ſalis hic mira eſt abundan

Lima.

ia in valle quadam, quæ nullo fluuio vel riuo
rrigatur: è quo tantum cuique asportare licet
uantum libet, nec tamen quidquam sentitur
etrimenti, natura statim defectum supplente.
rugillum etiam non ignobilis Hispanorum
st colonia, agro gaudens feracissimo, frumen-
in primis & mellis: nauibus tamen parum
requentatur, ob portus incommoditatem.
is omnibus nec situs opportunitate, nec di-
itiarum splendore cedit Panama, ad quam
uidquid auri & argenti ex vniuersa Chiliano-
um & Peruuianorum regione eruitur, com-
ortari solet. Inter hanc & Theonymam (vul-
o Nombre de Dios) Isthmus est angustus ad-
odum, qui mare Australe ab Oceano Aethio-
ico disiungit. Panamam argentum & aurum
errestri itinere Theonymam, inde nauibus
npositum in Hispaniam portatur. Totius ve-
o nouæ Hispaniæ portus nobilissimus est Aca-
ulco, vnde naues Philippinas insulas petitu-
æ soluunt, cumque mercibus eodem reuertun-
ır. A Mexicana vrbe (quæ & Temistitan o-
m) octoginta circiter abest miliaria, & ad na-
ium præsidium arcem habet longe munitissi-
nam. Horum omnium locorum admirabiles
unt diuitiæ: sed quo minus libere ijs vti pos-
nt Hispani, obstat incolarũ indomita ferocia,
ı Chili maxime regione, qui quũ alias sæpe tũ
uper Baldiuiā ciuitatē expugnatā diripuerant,
nperialē vero, vt supra diximus, obsidione
nxerant. Homines sunt robusti & belli-
osi, equites magna ex parte, qui non equis
olum (quod mirũ in ea gente) sed etiā lan-
eis scite vtuntur. Erant præterea centum

Trugillum

Panama.

Acapulco.

fere qui tormentis manuarijs , septuaginta ve
ro qui loricis, Hispanorum exuuijs,erant arma
ti : tanta omnes feritate , vt è cæsorum corpori
bus euulsum cor veluti canes mordicus appe
tant, & è caluarijs auidissime alter alteri pro
pinent. Bello decreto, ducem sibi eligunt,eum
scilicet, qui ingentem & ponderosam trabem
diutius quam ceteri humeris perferre valet. A
iunt repertum fuisse, qui totas viginti quatuo
horas onus eiusmodi, cui vel leuando multi e
rant impares, humeris suis sustinuerit. Sed hę
satis : ad cœptam nauigationem reuertamur
Interea dum hæc captiuus ille palinurus Hol
landis, vere fortean, narrat, alius eiusdem for
tunæ socius rem hactenus summo studio ab ips
celatam in lucem profert : nauim se licet illam
captiuam auro onustam fuisse, quod omne præ
fecti, nullam elabendi occasionem videntis
hostibus vero tantas opes inuidentis, iussu, i
mare sit abiectum. Idipsum tandem fassus e
modo dictæ nauis gubernator, addens cistas fu
isse quinquaginta duas, in quarum singulis qua
ternæ fuerint auri Arobæ : quingentos insupe
lecythos, quos vocant, octonum, denum, ve
etiam duodenum pondo. Omnis hæc vis aur
si ad nostra pondera accommodetur, librarum
erat decies mille & ducentarum.ingens ædepo
thesaurus, & nescio an vspiam alibi vno in loc
visus. Huic indicio quanquam initio parum fi
dei haberet nauarchus , vbi tamen nauim ipsam
inspexit, verum esse quod diceretur deprehen
dit. Quare omnes angulos excuti, & si fort
quid auri reliquum mansisset, conquiri iussit
sed ne granum quidem repertum, præterquam
in captiu

Incredibilis vis auri

captiui caligis laminæ quædam minutæ, sac-
ılo inclusæ, libram fere pensantes. Idem ille
ldebat, se cum duabus alijs præsidiarijs nau-
ıs Lima profectum, milites circiter ducentos,
farinæ magnam copiam in oppidum Con-
ptionis aduexisse, vbi etiam sperabant, Si-
onem Cordesium cum Hollandis, de quorum
luentu Limam fama erat perlata, nullo nego-
o opprimi posse. Sed illo iam digresso, ceteras
ıas naues Ariccam, vt argentum regium, se
ero ad insulam S. Mariæ, vt aurum nauibus
nponerent, concessisse. Sibi quoque in man-
atis datum esse, vt velut è specula naues pere-
re aduenientes obseruarent, deque ijs Limam
enunciarent (erat enim nauis hæc Bon Iesus
omine, miræ agilitatis & ad cursum præ cete-
is expedita) post diem vero tertium Martij A-
ıucæ farina deposita, aurum in insula S. Mariæ
aui illatum, Limam quam possent tutissime
erferrent. Quem eorum conatum Hollandi
npediuerunt, nullo tamen inde percepto emo-
ımento. Nec enim cuiquam vel per somniũ
ı mentem venerat, tantam vim auri in tam ex-
ıua, & non ita pridem reperta insula cogi pos-
e, præsertim in qua vix vnus & alter Hispanus,
um ducentis circiter barbaris, quorum arma
rcus sunt & sagittæ, habitarent. Atqui fieri
oteſt, vt aliunde aurum hoc ad hanc insulã sit
llatum. Sed & aliud ab eodem, quæstione ha-
ita, expressum est, quod Hollandos multo ma-
is exacerbauit. Dimisso è vinculis captiuæ
ıauis præfecto, hic idem pollicitus fuerat, sua-
urum se Hollandis vt promontorium S. Fran-
isci peterent, ibique aliquamdiu subsisterent,

 interea

interea præfectus rem omnem Limam renunciaret, daretque operam, vt adductis nauibus præsidiarijs, Hollandi ibi, commeatibus intenti opprimerentur. Id quum omnibus audientibus non ipse tantum, sed duo etiã Aethiopes confessi fuissent, nauarchus de communi sententia sine vlla mora ex ijs locis discedere, & ad insulam Lescoques nauigare decreuit. Eo in itinere duæ Hispanorum naues, diu frustra insequentibus Hollandis, tenebrarum beneficio adiutæ, fuga sese abduxerunt. Quum vero & naucleri imperitia & ventorum vi à iam dicta insula, aberrassent, nouæ vero Hispaniæ litus vniuersum infestum haberent: consilio habito ad insulas Philippinas proficisci constituerunt. Longum hoc erat iter, ac vel optime instructis nauibus difficile. Peiuscule tum habere cœperat captiuus ille nauclerus; nec dubitabat præ se ferre veneni sibi dati suspicionem. Quare magis iritatus nauarchus, in mare hominem abijci iussit, quum paullo ante nauis illa captiua in profundum quoque demersa esset. Vbi iam continuos fere quatuor menses nauigassent, ad Latronum insulam appulerunt: magnus statim lintrium numerus, commeatu omnis generis onustorũ, ad nauim confluxit. Insulani nudi omnes incedunt, ne pudendis quidem tectis, nisi quod fœminæ viridi aliquo perizomate femur tegunt: sic vt fere eadem ipsorum species sit qua a nostris pictoribus protoplastæ Adamus & Eua in paradiso adhuc versantes pingi solent. Mores eorum vel è nomine quis facile intelligat: quod illis optime conuenit, vtpote ad

Latronum insula.

fraudem

au dem & furta ab ipsa, pæne dicam, natura
ctis. Ab his non semel decepti Hollandi, cau-
us quidem mercari didicerunt; nec tamen si
el Argo fuissent oculatiores, satis sibi poterant
auere: quinetiam ex ijs quidam quum clancu-
um surripiendi aliquid nullas haberet latebras,
nsem astanti è vagina ereptum abstulit, cum-
ue eo præcipiti saltu in mare se deijciens, ena-
auit, mergorum more ad telorum quibus im-
etebatur iactus, sub aqua se occultans. natan-
i enim tam periti sunt, vt inter animalia am-
hibia haberi possint. Quum enim Hollandi
uinque frusta ferri, cuius sunt cupidissimi, di-
ersis locis circa nauim abiecissent: eorum vnus
n mare se demittens, non prius inde redijt quã
ingula retulisset. Quod si forte inter nauigan-
dum linter euertatur, minime turbantur, sed
ut natando in litus euadunt, aut in lintrem rur-
sus erectum mira agilitate se recipiunt. Com-
meatibus mediocriter instructi Hollandi, iter
continuare pergunt, ad promontorium S.
Iancti cursum dirigentes. In sinum quen- *Bayla*
dam delati anchoras iaciunt, & in terram egres- *Baya.*
si, Indos aliquot in tugurijs deprehendunt, ex-
oticarum rerum minime, vt videbatur, cupi-
dos. Nec enim quisquam eorum ab Hollandis
vltro aliquid petebat, datum vero munusculũ
non aspernabantur quidem, vultu tamen, carere
se eo posse, significabant. paullo post scaphæ a-
liquot Indicæ adsunt, in quarum vna Hispa-
nus erat, qui multitudine per foros cursitan-
tium territus, propius accedere non audebat.
Hunc vt ad se pelliceret nauarchus, vexillum

Hispanicum supponit, & nautarum aliquē monachi habitu indutum, ita vti conspici posset, in supremo tabulato deambulare iubet: quo astu deceptus Hispanus ad nauim venit, humaniterque excipitur & tractatur. Rogatus ab eo nauarchus, cuias esset, & vnde veniret, Gallū se professus est, & à Rege Manillam missum: ceterum amisso gubernatore in loca hæc ignota delatum. Respondit Hispanus, locū hunc siue sinū Bayla Baye vocari, à freto vero Manillensi septem aut octo miliaria abesse: regionem circumiacentē oryzæ aliarumque rerū prouentu diuitē esse, facileque fore nauarcho, si quo indigeret, ab incolis sibi comparare. Sic dimissus, Indis statim mandauit, vt oryzam, gallinas, porcos, quæque alia ad victū pertinent, ad nauim comportarent. Hi nudi incedunt magna ex parte: sunt tamen qui lineam vestē corpori inijciunt, ij præsertim qui Hispanizant: nonnulli corpus quasi acupictū habent, quod indiciū est priscæ maiorū nobilitatis, qui olim familias hic duxerunt. Nunc enim Hispanis omnes parent, & tributū pendunt, exiguū illud quidē, seruitutis tamen argumentū. Vbi iam Hollandi, quod astu diu latere non posse animaduerterent, alimoniæ quantū poterant quantumque satis erat, propere intra diem vnū & alterū coemissent: duo Hispani, militū vnus præfectus, alter sacerdos, ad nauarchū veniunt, & quoniā à Rege se missum diceret, literas commeatus, sine quibus ad ea loca proficisci nemini licet, inspiciendas sibi tradi petunt. Hic nauarchus litteras, non illas quidem ab Hispaniæ Rege, aut in Hispania, sed à Principe Mauritio

Bayla Baye.

n Hollandia scriptas, protulit. Obstupefactus præfectus (sacerdos enim in scapha remanserat) suam sero damnabat imprudentiam, qui tā temere ignotis hominibus fidem habuisset, eorumque potestati se credidisset. Miserat pridie nauarchus è suis aliquem, Hispanicæ linguæ peritissimum, ad litus, vt & Hispano illi cuius opera commercium incolarum conciliatum fuerat, vti diximus, munuscula aliquot perferret, & ceteros ad commercia exercenda inuitaret. Veritus ergo ne, fraude iam detecta, ab Hispanis detineretur, tantisper præfectum in naui manere iussit, dum ille rediret. Sic ergo vtroque ad suos reuerso, commercia cessarunt. Inde Hollandi fœda tempestate iactati ad Capul insulam peruenerunt, ad septem circiter miliaria in freto Manillensi sitam. Diffugientibus ad interiora insulanis, nauarchus è suis aliquot in terram exponit, qui quos possent comprehenderent. Ab ijs vnus adductus, Chinensis natione, ob linguæ imperitiam, nulli Hollandis fuit vsui. Quare eo dimisso, nauarchus postridie viginti tribus classiarijs stipatus, in terram ipse est egressus, & pagos aliquot vicinos, è quibus incolæ, rebus omnibus secum asportatis, diffugerant, incendit. Hac re quum magis absterrerentur quam allicerentur Insulani: soluere inde Hollandi, & Manillam, à qua circiter octoginta miliaria aberant, petere statuerunt. Præter alia incommoda, vnum tum vehementer eos angebat, Indi scilicet naucleri, quo vsi erāt hactenus, fuga. Quare in id vnice incumbebant, vt alium itineris ducem, in illo hinc inde sparsarum insularum veluti labyrintho, nanciscerentur

Insula Capul.

ciſcerentur. Hanc curam animo voluentibus Indicum occurrit nauigium, quod nullo negocio interceptum ad nauarcham pertraxere. Nouem in eo erant vectores, Indi omnes. Manilla ſe venire quum dicere non poſſent, ſignis exprimebant. Rerum vel mercium precioſarum nihil apud eos deprehenſum, præter ciſtas paucas, linei panni, & Indicarum veſtium plenas, litteræ inſuper à Manillæ præfecto ad Bouillanæ ſacerdotem ſcriptæ, & regio ſigillo obſignatæ, hoc argumento: D. Hiſpanorum quorundam inſolentia, qui miſeris modis miſeros Indos vexarent, frequentes & graues ad regem deferri querelas. Iubere ergo vt idoneum huic rei adhibeatur remedium, omniſque vis & iniuria ab incolis abſtineatur; contumaces vero, & præter fas quemquam grauantes, Manillam regis ſumptibus mittantur. His quidem res ſuas nauarchus reſtitui, duos vero qui iter Manillam verſus vel digitis & geſtibus, quum verbis non poſſent, commonſtrarent, retineri iuſſit. Non multò poſt, ſono bombardæ exoneratæ percepto, nauarchus mittit qui locum hominesque inueſtigarent: ſed illi, viſis armatis, myoparonem quã poſſunt celerrime in terram ſubducunt, & in ſylnas ſe abdunt, impedimentis omnibus in nauigio relictis. Tandem vnus prodit, & bono animo eſſe iuſſus ad nauarchum deducitur. Aiebat Manilla ſe cũ tribus ſocijs & Indis aliquot profectũ, Soubonam iter habere, vbi magna Hiſpanorũ militũ manus propediem conuentura eſſet, ad bellũ Moluccanis inferendũ, qui nuper ea loca hoſtiliter eſſent depopulati. His auditis, nauarchus quæcumque in nauigio erant exporta-

ri, ipſum vero nauigium perforatum ſubmergi præcepit. Vix hoc perfecersnt, quum ecce aliud nauigium occurrit, forma à noſtris plane diuerſum. Chinenſe erat, ſed Manillani ciuis. Magna cum admiratione armamenta ſpectabant Hollandi, quorum vt erat inuſitata figura, ita materia plane inſolens. Ancoræ è ligno fabricatæ erant, funes è ſtramine & arborum corticibus contexti, vela ex iuncis & arundinibus conſarcinata: quibus tamen naues vel ducentorum onerum nauticorum capaces, quo volunt agunt, & mira facilitate regunt. Naucleri huius opera, vtpote locorũ illorum peritiſſimi, Hollandis magno fuit vſui. Ex huius ſermonibus (Portugallicâ enim callebat linguâ) Nauarchus multa ſcitu neceſſaria, de Luſitanorum viribus, moribus incolarum, locorum, Manillæ inprimis ſitu, & in vniuerſum rerũ Indicarum ſtatu cognouit. Quare eo prætoriæ naui impoſito, è ſuis aliquẽ Chinenſi nauigio præfecit, additis tamen quatuor vel quinque ex ea gente meſonautis, qui nauim ſuo modo regerent. Manillã is aiebat ampliſſimã eſſe & plane regiã Luſſoniæ inſulæ, inter Philippinas præcipuæ ciuitatẽ, natura & operibus munitiſſimã: extra cuius pomœria in ſuburbijs tantũ adquindecim milia Chinenſiũ inquilinorum, mercaturã exercentiũ, habitent. quotannis vltra quadringentas naues è Chinchea, Chinarũ regione, eo appellere, omnis generis mercibus onuſtas: à portu (Cubite vocant) duobus circiter abeſſe miliaribus, duobus propugnaculis incluſo. Nihil territus nauarchus progredi nihilominus cõſtituit: quin etiam intercepto alio, quod Manillam tendebat

Nauigia Chinenſia

tendebat, nauigio, commeatibusque (ducentæ & quinquaginta erant gallinæ, porci quinquaginta, tributum barbarorum) direptis, vectoribus litteras ad loci præfectum dedit perferendas, quibus eum de aduentu suo fecerat certiorem. Ibi Chinense nauigium, incertum an ab Hispanis captum, an fluctibus absorptum, desideratum fuit, nec vnquam postea visum. suspicio erat, Hollandos forte, negligenter actis excubijs, in somno à Chinensibus oppressos & iugulatos, nauimque Manillam fuisse abductum. Sed hanc iacturam resarcire facile poterant, vtpote quibus obuia quæque ad direptionem patebant: sociorum tantum fortunam miserabantur. Breui post Hollandica celox aliud nauigiũ, forma à Chinensi illo parum diuersum, intercepit. magister nauis ad nauarchum adductus, è Japponia venire se aiebat, Manillam versus iter habere. Ferrum, farinam, & petasones portabat, piscium item nonnihil: de quibus Japponienses nauarcho petenti, preciumque offerenti, quantum vellet concedere, quam vniuersa prædæ permittere maluerunt, quippe memores, Præualentium preces, minas esse. Quoniam ad hunc locum peruentum est, & nostra ætate ob susceptam Christianam religionem Japponiorũ nomen celebrari cœpit: non alienum esse videtur, de harum regione & moribus breuiter aliquid delibare. Quæ Japponia dicitur, terra est in multas sparsa insulas, breuissimo maris traiectu disiunctas. Harum omnium multitudo hodieque incognita est. Initium sumit à tricesimo gradu, ad tricesimum octauum vsque extensa. A continenti Chinarum regione, cui ad orientẽ

Japponia Insulæ.

est

eſt obiecta, octoginta, à Maccaone vero (quod iter Luſitani tenent) trecenta circiter abeſt miliaria. Frigore, pluuijs & niuib9 infeſtatur, glacie etiam quandoque. Frumentum fert, ſed maior pars victus eorum in oryza conſiſtit, & carne, non illa quidem cicurum animalium (à qua non minus religioſi quam Pythagorei à fabis abſtinent) ſed ferarum. nec lacte veſcuntur, quod ſanguinem animalium eſſe dictitant, ac nō niſi colore differre. Piſces vero & fructus omnis generis auidiſſime edunt. Domus ligneæ ſunt, aſſulis vel ſtramine contectæ, ſtructura ſatis eleganti, ditiorum præſertim. Domeſticus eorum ornatus in aulæis præcipue & pictis tapetibus conſiſtit, quibus parietes & conclauia omnia nitent. Procera ſunt & toroſa corporis ſtatura. Tunicis vtuntur oblongis, & ad talos vſque dependentibus, Polonorum more, toto capite raſi, præterquam in occipitio. Arma geſtant, enſes latos, bombardas, arcus & ſagittas, quæ ſingula ſcite tractant, non aliunde allata, ſed domi facta. Bella ferme continua gerunt cū Chinenſibus, à quibus capitali diſſident odio, etſi colonia eorum exiſtimantur. Aiunt inter Chinenſes nobilem quondam & præpotentem fuiſſe familiam, cuius principes, rege expulſo, vel quouis modo ſublato, ſibi imperium vendicare tentarint: ſed coniuratione detecta, principes omnibus tormentis excruciatos eſſe & interfectos, reliquā multitudinem in exilium, quauis morte acerbius (vt tum quidem illi putabant tam felici terra excedentes) ad inſulas haſce deſertas miſſam. Hunc dolorem vt vlciſcerentur, non ſemel conſcenſis nauibus, in

Chi-

Chinam deſcenderunt, & obuia quæque ferro flammaque vaſtarunt. ſed nec hodie vlla cum Chinenſibus commercia, niſi Luſitanorum interuentu, exercent. Quin etiam vt teſtatius ſuum in eos facerent odiũ, mores & ceremonias δὶς διὰ πασῶν deſcrepantes, communi veluti decreto & vſu ſanxerunt. Ex multis paucas accipe. Solent Chinenſes, vt & nos, obuijs capite aperto & inclinato honorem exhibere; Iapponij calceis exutis, pedibuſquè nudatis: ſtantes illi, & occurrentes, hi ſedentes amicos vel peregrinos domum ſuam venientes excipiunt. Et vt nos in publicum prodeuntes pallium humeris inijcimus: ſic econtra Iapponij depoſitis pallijs, quibus domi tantum vtuntur, caligas poſcunt. Flauos crines, & dentes candidos formæ decus addere ceteræ nationes exiſtimant: non ſic Iapponij, inter quos qui nigerrimos habet capillos & dentes, formoſiſſimus habetur. Candidus enim color mœroris, niger, lætitiæ illis eſt ſignum. Sacris tamen & ritibus à Chinenſibus parum differunt: niſi quod Patres Societatis Ieſu Chriſtianæ religionis ſuperiori tẽpore ſementem ibi fecerunt, quam etiamnum feliciter ſuccreſcere epiſtolæ ipſorũ teſtantur. Sed hæc iam ſatis, immo nimis fortaſſe multa. Iapponiæ nauis magiſter, præter ſpem humaniter ab Hollandis tractatus (Iannſtæ Citiſſamũdo nomen erat, ſi hoc quoque cui ſcire refert) nauarcho quum alia, tum puerum octo annorũ dono dedit: inde Manillam verſus iter proſequutus, vbi tum regius præfectus magna induſtria naues aliquot contra Hollandos armabat. Earum vna eximia erat magnitudine, claſſiarijs & nau-

& nauticis ministerijs optime instructa; quam vel vnâ profligandis hostibus satis fore sibi persuaserant. Sic igitur cum altera è portu profecta, necopinato Hollandis superuenit, qui abscissis funibus anchorarijs, ad prœlium se quã fieri potuit commodissime, instruxère. Nec mora. Concurritur, pugnaturque acerrime, tormentis primũ eminus, hastis deinde & gladijs. Iã Hispani ferreis manibus iniectis in Hollãdorũ nauim confertim irruebant, nec multitudinẽ eorum sustinere poterant Hollandi: contis nihilominus, gladijs, hastis, superstantes per tabulata fodiebant & proturbabant. Celox, animaduerso prætoriæ nauis periculo, fuga subducere se studebat: quã Hispani qui in altera naui erant, cursu quanto potuerunt maximo insequuti, interceperunt. Ea res saluti reliquis Hollandis fuit, cuius nulla spes supererat, si coniũctis armis fuissent oppugnati. Post multarum horarum conflictum, Hollandi numero longe inferiores, multis acceptis vulneribus languescere, Hispani vero pro victoribus sese gerere incipiebant. Et sane actum fuisset de Hollandis, nisi nauarchus ignem pulueri tormentario subiecturum se comminatus, ad prœlium fortius quam vnquam antea redintegrandum, suos excitasset. Sic igitur de nouo rursus atrox committitur prœlium, fulmina & tela indesinenter vtrimque contorquentur: donec paullatim remitere Hispani, & è naui sese eijcere cœperunt. Duas quidem naues in propinquo constituerant Hispani, qui laborantibus auxilium ferrent; sed tormentorum ictibus creberrimis territæ, accedere non audebãt.

Diu

Diu laboratum eſt ab Hiſpanis, vt nauim ſuam ad hoſtilem remulco deligatam expedirent, quod vehementer eam laceratam ſenſiſſent. Et ſane erat. Statim enim ſubſidere & in profundum mergi cœpit, ſic vt momento temporis nulla eius pars exſtaret, homines vero, auxiliũ lamentabili voce implorantes, per mare paſſim fluitarent. Sed & Hollandorum nauis vehemẽter erat lacera, ictib ſque deformata: & quanquam Neptunũ magis habebat propitium, Vulcanus tamen ei, etiam in alieno regno minabatur. Aſſerum enim contignationes ignem ex frequenti tormentorum diſploſione conceperant, adeo vt breui conflagraturi omnes viderentur, niſi melior eos fortuna reſpexiſſet. Hoc duplici perfuncti periculo, nauim grauiſſime, vti demonſtrauimus, afflictam reficere, & quãprimum inde excedere ſategerunt. Curſu ergo Borneonem verſus inſtituto, Bolutonem inſulã, cuius longitudo ad centum & octoginta patet miliaria, præteruecti ſunt, inde paucis diebus in ſinum Borneonis inſulæ peruenerunt. Eſt hęc vna ex maximis ad Orientem inſulis, quã Mercator Ptolemæo quoque Bonæ fortunæ nomine notam fuiſſe putat. Ab æquatore pars eius meridionalis ſtringitur. Abundat camphora, agarico, equis, vel potius mannis, & adamantibus, pecore tota ſterilis. Incolæ Mahumetanas ſequuntur ſuperſtitiones: fuſco ſunt colore, ingenio ſolerti, ſed infido. inermem deprehendi, etiam viliſſimi turpe ducunt. quemcumque ſagitta vulnerauerint, neceſſe eſt mori. Tanta vis eſt veneni, quo tela inficiunt. Inſulæ metropolis eſt vrbs eiuſdem nominis, paulo introrſum

Borneo Inſula.

ad

l fluuium; loco admodum paludoso sita, vbi
ex quoque vt plurimũ ætatẽ agit. Eam Hollan-
appulsi statim munusculis aliquot conciliare
uduerunt, vt cum venia eius res necessarias
rouidere sibi liceret. non abnuebat, quibuscũ
ellum gerit; occulte qui omnia explorarent,
ammittebat: nec deerant qui regem, feroci
dhuc & improuida ætate, instigabant, ne tan-
am prædam è manibus amitteret. Sensere in-
dias Hollandi, tantoque circumspectius om-
ia egerunt: nec vi aperta quidquam Insulani
entare audebãt. Consumtis hic diebus aliquot,
piperе non ita multo à Chinensibus coemto
nec enim aromata fert insula) & naui illato,
ela facere Iauam versus decreuerunt: quo in
tinere nisi gubernatorem locorum peritũ na-
ti essent; naufragij periculũ vix, ac ne vix qui-
lẽ, effugere potuissent, tam multis insulis toto
llo æquore sparsis, vt quã petere quam decli-
are oporteat, non facile quis scire possit. Quũ
vero Bantam perueniendi spes nulla esset, Ior-
anem contenderunt. Est id Iauæ maioris op-
pidum non ignobile, sed sine vallo aut muris,
portum habens commodissimum, rebus etiam
omnibus quæ ad victum prtinent, affluens. In-
colæ Mahumetanis superstitionibus tam sunt
addicti, vt vel contingere suillam carnem sce-
lus putent: sunt tamen pagani quoque magno
numero, qui more orientalium Indorũ Diabo-
lum terribili specie, adorant. Eius loci rex (sic
enim toparchæ omnes in India vocantur) late
admodũ imperat, ac tum nuper Balamboa qua-
que, aliud ijs in locis oppidum, diu obsessum,
magna hominum edita strage, imperio suo ad-
iecerat

Iertam oppidum Iaua.

ieceratI: sed tum Passaruanæ degebat. Aromat: incolæ dicebant paullo ante Bantam auect: esse alimoniæ vero quantum volebant Hollandi, suppeditabant. Sunt enim nostratium mercimoniorum, sed inprimis monetæ argenteæ cupidissimi. Hic nauarchus habito concilio, communi omnium voto, domum repetere statuit, quod naui omnibus præsidijs & armamentis nudata (vna enim tantum anchora, vnusque funis ancorarius, nec is quidem satis integer, supererat) fluctibus se diutius credere, præsertim quum operæprecium facere non posset, dementiæ esse existimaret. Sic igitur sublatis velis, versus Insulam S. Helenæ cursum direxit, in cuius portum de vicesimo sexto Maij anno M.DC.I. est inuectus. Refectis ibi per dies aliquot classiarijs, & recenti aqua in nauim illata, iterum vela in altum dedit: ac tandem post incredibiles exhaustos labores, & infinita superata pericula, Mosæ ostium ingressus, in portu Roderodamensi, vnde egressus erat, appulit, vniuersa orbe intra triennij & duorum mensium spacium circumnauigato, maiorem gloriam quam emolumentum reportans.

ALIAE

ALIÆ BATAVO-RVM NAVIGATIONES INDICAE, ILLVSTRISS. DD. Ordinum & Mauricii Principis auspiciis facta.

QVandoquidem inter ea quibus pacẽ & libertatem Belgæ Confederati, illustriss. Principis Mauritij consilio, ductu & auspicijs sibi pepererũt, vel præcipuum locũ tenent Indicæ magno studio ab ipsis frequentatæ Nauigationes: non abs re visum est, superiori alias quasdam subiungere; ac tanto magis, quod ob rerum nouitatem iucundas eas Lectori fore non dubitem.

Ac primum Anno MDCI. quinto Maij Georgius Spelbergius cum tribus mediocri magnitudine nauibus, omni commeatuum & armorum genere, præter magnam vim mercium, optime instructis, è portu Campo verensi (qui est in Valachria Mattiacarum insularũ primaria) soluit, in Indiam orientalem cursu directo: sed tempestate reiectus in Angliam, dies aliquot ad Dortmudam in anchoris substitit, donec mitesceret tempestas, & nauium minimæ vitia reficerentur. Palmam (è fortunatis vna est) prætervectus, X. Iunij ad promontorium Viride est appulsus: inde catascopio ad portũ Dalæũ proficiscens, in itinere à tribus Lusitanorum nauibus oppugnatur, cum quibus velitatione commissa, ad portum Refriscum contendit, ac suos qui circa promontorium Viride adhuc hærebant, eò ad se vocat, vt coniunctis viribus

Portus Dalæus.

Luſitanos perſequerentur. Quum à portu non procul abeſſet, à barbaris opprimitur, veſtibuſque ſpoliatur, vno etiam è ſocijs occiſo. Aegre ita nudus atque etiam ſaucius elapſus, terreſtri itinere portum Refriſcum petit. Commodum Gallica heic nauis ſtationem habebat, cuius magiſtro amice habitus, miſſo internuncio ac litteris, ſuis fortunam ſuam exponit, & vt quamprimum ad ſe veniant monet. Adſunt illi ad tempus, ſed iam plerique Luſitani diſceſſerant, qui vero remanſerant, ſuam ipſi culpā, quod primi hoſtilem impetum feciſſent, faſſi & deprecati, amice cum ipſo tranſegerunt. Digreſſi inde quum inſtitutum curſum tenere non poſſent, Annabonam inſulam appellunt, áb inſulanis commeatum petunt, eóque negato, arma fruſtra expediunt. Santomam ergo contendūt: telis vero petiti, exſcendere non audent. Coriſcum ergo petere placet, atq; inde Lupi Conſalui promontorium, quo paullo ante oneraria Amſterdamenſis è noua Guinea, præter alia trecentas auri libras vehens, peruenerat. Heic deliberatione habita decretum eſt, vt quumprimum ventus operam daret, ad Monopotapæ litus, hinc ad promontorium S. Mariæ, ac porro ad Vaccarum inſulam, curſus dirigeretur: inde expeditis negotijs Maiotta Inſula peteretur. Sublatis ergo velis iter rurſus ingreſſi, haud procul à Bonæ ſpei promontorio ad deſertam appellunt inſulam, cui nauarchus S. Eliſabethę nomen indidit. Tota inculta iacet, ferarum plena, quarum horribilem rugitum vel procul eſt exaudire. Inde in Corneliam inſulam peruenerunt: in quam ægrotos ſub tentorijs expoſuerūt.

Hæc

łæc magnitudine illam ſuperet, vt & nemorū
pacitate: à S. Eliſabetha, Auſtrum verſus, à
nu Menſali, vnum abeſt miliare. Veniunt po-
ridie ad tentoria Inſulani, nutu ſignificantes
accas, oues, aliaque id genus adducturos. Prę-
ium eis fuit vini hauſtus, & vitrei aliquot glo-
uli infilati. nuſquam tamen poſtea quamuis
iligenter claſſiariјs in omnes partes dimiſſus
uærerentur, comparuere. S. Eliſabetham igi-
ur reditum eſt, & inde cuniculi, volucres &
alia in commeatum arceſſita. Sinus is ad quē
actenus morati fuerant ſitus eſt ſub xxxiv.
radu, & iv. ſcrupulis æquatoris, à Bonæ ſpei
romōtorio ſeptentriones verſus circiter quin-
lecim miliaria diſtans. Menſalem vocant à
nontis figura, cuius faſtigium inſtar menſæ pla-
ium appsret. Commodiſſima eſt, & ab omni
niuria ventorum tuta ſtatio. Hinc ad Soffalæ li- *Suffola.*
us vehuntur, quæ Africæ regio eſt, inter duos
luuios, Manicem & Quamam, ſecundum litus
extenſa. Humilis eſt & depreſſa: ſyluis, præ-
ter paucas hinc inde arbuſculas, infrequens.
Terra odorem fragrantiſſimum exhalat, quem
nauigantes procul percipiunt. Incolæ robuſto
ſunt & bene compacto corpore. Luſitanorum
imperia ferunt. Arma geſtant, arcus & ſagit-
tas. Quama fluuius, ſi Linſcotano credimus, è
Zargire lacu, qui idem Nili caput creditur, ſca-
turit. Accolæ nigro omnes ſunt colore, & Ma-
humetanas ſequuntur ſuperſtitiones. Merces
eorum ſunt aurum & ebur, quæ veſtibus lineis
& ſericis permutant.. Inter Quamam & Ma-
nicen quoque ſita eſt Monopotapa, vnde non-
nulli exiſtimant aurum regi Salomoni aduectū.

 Hinc

Hinc ſoluentem Spelbergium atrociſſima excepit tempeſtas, qua diu iactatus tandem ad Mulalim inſulam appellit, & à toparcha munuſculis demulſo impetrat commeatum. Mahumetanus erat, in Arabia alijſq; locis continentis diu multumque verſatus, Muſices etiam non imperitus, qua mirifice delectabatur. inuitatus aliquoties nauarchus vt in terram egredi vellet, ſemper recuſauit: alios tamen miſit cũ muneribus & mercibus, negociandi, ac toparchę conciliandi cauſa. Mulalis vero vna eſt ex quatuor inſulis quæ Comoræ regnum dicuntur. eorũ nomina ſunt Mulalis, quam diximus, Angaſiza, Angouana, & Maiotta. Angouanæ regina habitat, penes quam harum omnium inſularum ſummum eſt imperium. Ad hanc vt & Maiottam, nauarchus è ſuis aliquot miſit, qui ſociorum aduentum explorarent, & oryzæ quantum opus eſſet compararent, Sed neutra re perfecta redierunt. Interim negociationem cum inſulanis aliquamdiu libere exercent Batau, & nauarchus aliquos aquatum mittit; ſimiliter nonnullos qui arborem è ſylua, è qua malus fieret (erat enim prior fulmine percuſſus) aduehi curarent. Et hos & inſulani circumuentos detinuerunt. Quum eos nauarchus per multos dies fruſtra exſpectaſſet, nec inſulanorum quiſquam, vt ſolebant, ad naues veniret: cum ſuis deliberauit, vtrum præſtaret miſſis legatis de captiuis redimendis agere, an vim experiri. neutrum placuit: quod metus eſſet ne illi per ſimilem perfidiam detinerentur, hoc vero nimis calidum videbatur & præceps. Quare Angouanam proficiſci conſtituunt ad Reginam, à qua certius ſperandum erat auxilium. Ab hoc

Mulalis Inſula.

itinere

tinere eos vis tempestatis auertit. Quare magno cum dolore relictis socijs (erant autem duodetriginta, & quidam è primarijs) ad Matecalonem Zeilæ insulæ oppidum contendunt. Eius loci Rex, cognito nauarchi aduentu, Elephantibus obuiam missis, humanissime eum inuitat, & liberaliter multa promittit. Nauarchus in terram egressus cum præfecto colloquitur, ac postridie vna cum ipso ad Regem se profectuum pollicetur. Assumpto ergo mediocri eorum inprimis qui fidibus scirent comitatu, Matecalonem ad regem pergit, & dona ei offert: quæ ille hilari admodum vultu accepit, & nauarchi aduentum gratissimum sibi esse indicauit. Post colloquium Batavi è regia in primarij Principis ædes deducti laute satis tractantur: postero vero die manere ibi tantisper iubentur dum Rex quid fieri vellet, nunciasset. Sub vesperum euocatus nauarchus ad Regem adducitur, & quod Lusitanus esset insimulatur: ac quamuis id constantissime negaret & ad persuadendum multa afferret argumenta, vix tamen Rex à sententia potuit dimoueri. Tandem humaniter dimittitur, Rege sexcentis satellitibus stipato, ad litus vsque comitante. Ad eum nauarchus deinde è naui alios misit cum donis; vnice id spectans vt mercibus, quas ijs in locis preciosas admodum & multas esse rex dixerat, nauim quamprimũ oneraret. Interim ad regẽ vndiq; magna confluebat hominũ armatorũ multitudo, nec ipse à litore vnquã discedebat. nauarcho merciũ quarũ spẽ rex fecerat aduectionẽ vrgẽte, rex intra 5. ab eo diẽ omnia cõuectũ iri affirmat, rogatq; vt interea nauarchus suas merces

Matecalonensis Spelbergu insidiatur.

in terram mittat, nauimque exoneret: iamque multi homines & elephantes qui merces portarent, in litore passim conspiciebantur. Petebat quoque regis legatus, vt nauarchus eo modo quo ipsi nauim in terram subduceret. Hinc non leuis exorta est suspicio, id eos agere quomodo nauarcho cum suis circumuento, naues occuparent atque diriperent. Suspicionem augebat quod ab insulanis quibusdam & Mahumetistis intellexerant, piperis vel nihil, vel parum admodum ibi esse; nec insulanos ibi vllam aromatum mercaturam exercere. Dissimulat tamē nauarchus, & quasi eorum voluntati obsequuturus, quosdam à rege sibi mitti petit, quorum opera in mercibus exonerandis & naui subducenda vteretur. non renuebat ille, modo nauarchus vicissim è suis nonnullos obsidum loco traderet. Ita tres è Batauis regem nauarchi iussu sequuntur; vndecim vero insulanorum (Singalas vocant) ad nauarchum veniunt: è quibus ille octo negocij aut mercimonij exportandi specie in partes inferiores deductos conclaui includit, interpreti deinde & reliquis duobus multa mercimonia ostendit, & ad regem redire iubet, datis ad eum literis, quibus & factū hoc suum excusabat, & regem vt amicis potius quam inimicis ipsis vti vellet, monebat.. Rex qui non ignorabat quibus rebus Hollandos offendisset, vicissim se excusabat, ac beneuole omnia promittebat, vltro etiam si quid diffiderent, obsides offerens. Paullo post piperis exemplum siue specimen mittit: sed quod nimis magnum dixisset precium, confici nihil poterat. Ita rex spe frustratus, à litore discedit, &

domumq

domum sine præda reuertitur. Nauarchus quo-
que inani se spe duci suspicatus, ad regem misit
qui exquirerent, vtrum quod promiserat præ-
stare vellet aut posset. respondet ille, nec vo-
luntatem sibi, nec facultatem deesse: morã tan-
tum parui temporis requiri, quod aromata è
vicino regno essent apportãda. Sensit nauarchus
de Candiæ rege eum loquutum: quare seipsum
ad hunc iturum affirmat. Illud Matecalonen-
sis fassus est, hoc autem magnopere dissuasit: cu-
ius consilio acquieuit nauarchus. visum tamen
est vna cum Matatecalonensibus legatis suorum
aliquem eo mittere, qui certiora omnia refer-
ret, vt quid sperandum esset, quid non, sciri
posset. Interea Hollandi cum incolis negoci-
antur, ac gemmarum vim non exiguam colli-
gunt. Legatus reuersus literas à prædicto Can-
diæ rege attulit, quibus nauarchum vt ad se ve-
niret, amicissime inuitabat. Id omnino facere
constituit nauarchus, cui in Hollandia à Mauri-
tio in mandatis datum fuerat, vt regem hunc
non conueniret tantum, sed fedus etiam cũ eo
faceret. Omnibus igitur assentientibus, nauar-
chus iter ingreditur, assumtis decem comiti-
bus, & Matecalone magnifice admodum à Rege
exceptus, paucos ibi dies commoratur, dum e-
lephantes, lecticæ, baiuli, & cetera ad longum
& difficile iter necessaria regis iussu comparan-
tur. Ab his ad fines proximi regis deductus, pa-
ri ibi honore, paribusque officijs excipitur,
missis à rege legatis qui rogarent vt in reditu se
domi suæ, vbi ob decrepitã ætatẽ fere se conti-
nebat, visere vellent. Hinc Vintenã peruentũ.
Est autẽ Vintena vrbs ampla, ad ripã Trinqua-

mali fluuij sita, ædificijs frequens, vbi regis Cādiæ sunt naualia. Ingens præterea visitur heic paganorum delubrum (Pagodam vocant) centum circiter & triginta passus inferiori ambitu continens, in quo fedum cacodæmonis simulacrum. Huius generis per vniuersam insulā multa sunt, & à miseris hominibus magna veneratione coluntur & adorantur. Sunt quoque qui monasticam vitam professi habitu & vestitu flaui coloris à ceteris dignoscuntur, raso capite, à vectigalibus ceterisque oneribus immunes. In delubris ardentes lucernæ ac cerei dies ac noctes seruantur. Videas miseros homines quotidie coram abominandis istis idolis prostratos vota facere, ac superstitionibus magno studio vacare. Vintana egressis obuia fuit à Candiæ rege missa lectica qua ipse vehi solebat: ex panno auro intertexto. Aderant quoque qui commeatum ac varij generis fructus, nec non vinum in nauarchi & sociorū vsum attulerant. Vinū hoc non aliunde infertur, sed Candiæ prouenit, colore Hispano non multum absimile, nec bonitate inferius. Ad Candiam, vbi regia est, præsto eis fuerant à rege legati, viri primarij, & inter eos Lusitanus quidam, Emanuel Dius nomine, præcipuæ apud regem auctoritatis, à quibus magna pompa in vrbem primum deinde in hospitium fuit introductus, vbi apparatum erat non barbarorum sed Lusitanorum more conuiuium. A meridie rex tribus missis equis, nauarchum ad se accersit, qui sine vlla mora cum muneribus ad eū est profectus. Peracta salutatione, literisq; Mauricij Arabica lingua scriptis traditis, munePeripetasmati imposita rex liberis circumstantibus

ibus monstrauit, varijsq; de rebus collocutus, dimittit nauarchū & corpus curare iubet. Antequā vero discederet, suos fidibus canere iussit, quo rex valde est delectatus, sequenti die Spelbergius iterum ad regē vocatur, cui de negociatione sermonē exorso, quum preciū non placeret, non tam mercandi quā legationis obeundæ nomine à Principe suo, qui gratificari regi quā maxime cupiat, eiusque amicitiam vnice expetat, missum se respondit. Eius ergo iussu regi fausta omnia precari, addita promissione, si qua in re opus, auxilia eius non defutura. Tam grata hæc regi fuit oratio, vt quidquid penes se tum erat aromatū vltro nauarcho donarit. Sequenti die à rege ad prandiū inuitatur, in quo omnia Christianorū more ministrabantur, adeo vt non India inter barbaros, sed in Europa inter Principes conuiuiū agitari videretur. non potuit expleri nauarchi sermone regis animus, multa de nostris rebus & moribus percunctantis; non poterant satiari oculi aspectu imaginis, quæ eleganti penicillo ea forma atque modo quo ipse est expressa, Mauritiū Comitē armatum equo insidentem ad viuū repræsentabat, appicta iuxta Flandrici prœlij historia. Eam à nauarcho donatam in conclauis sui loco maxime conspicuo rex collocauit, & nauarchum per omnem regiam cicumduxit, etiam in gynæceum (quem honorem ob zelotypiam paucis habent Indi) in quo regina cū vtriusque sexus liberis nostrati modo omnes vestiti singulari reuerentia aduenā exceperūt. Perfectis cur venerat reb. Spelbergiu discedēdi veniā petit, quē Rex multis muneribus donatum ægre dimisit. Eius

consensu

consensu apud regem duo, Kempelius & Matsbergerus, cum duobus ministris remanserunt: qui omnes in Musicis artibus edocti, hic quoque litteratus est, eamque ob causam regis filio à secretis appositus.

Zeilæ descriptio.

Sed antequam progrediamur, pauca de hac insula eiusque incolis dicenda sunt. Zeilam insula quam Ceylon alij appellant, est totius sinus Bengalici (Ptolemæo Aganicus est) præstantissima, quæ Arabibus incolis Tenarisim, siue Ternasseri, id est, Terra delitiosa dicitur. Taprobanā Ptolemæi esse Corsalius & Barrius censent; Mercator vero Ptolemæi putat esse Nauigerim. Ambitus miliarium olim fuit CCL. latitudo vero CXX. A Comorino capite non procul abest, iuxta oram Piscariæ, vbi in continenti est vrbs Cael, vadoso tantum freto disiuncta: vnde insulam ipsam quandoque continenti fuisse annexam permulti censent, atque etiā multo maiorem fuisse. Non longe autem ab Aequatore abest. nam extrema eius Borealis ora vix decimum ab Aequatore gradum attingit. quare sita est sub zona torrida, nihilominus cœlo tēperatissimo ac aere saluberrimo, adeo vt paradisum terrestrem quondam heic fuisse nonnulli arbitrentur. Ager vberrimus est & perpetuo virescens, arboresque floribus ac fructibus præstantissimis perpetuo sunt onustæ, inter quos sunt mala Assyria suauitate incredibili, mala medica & citria optima, palmæ præterea eximiæ bonitatis: permulta etiam aromata heic leguntur, cinnamomū, cardomomū, caryophylla, piper, alia. Abundat etiam insula carnibus ac piscibus mirū in modū; oryza tamen parce

prouenit

prouenit, ſed magna copia è regione Coromandel affertur. Fert quoque regio elephantũ innumeros pæne greges, tam dociliũ vt pæne miraculo ſint; Gemmas quoque producit, pyropos, hyacynthos, ſaphiros, balaſtos, chryſolithos, topazios, granatas alioſque id genus. Incolæ partim gentiles ſunt, præſertim in mediterraneis, partim Mahumetani: nudi ſuperiori corporis parte vt plurimum incedunt, inferiores vero ſericeis, ac goſſypinis pannis tegunt: nonnulli paullo ditiores laxis inauribus ex auro & gemmis ornant, & pugiones geſtant à laterere dependentes. Mulieribus pulcher & ſingularis in omni habitu elegantia. caput feminæ non aſcititio ornatu, ſed natiuis crinibus admirabili artificio ita inter ſe compoſitis, vt quarumlibet vittarum longe ſuperent elegantiam, exornant; viri vero ſubtili panno inuoluunt. Vxores ducunt quot alere poſſunt: puellis rara poſt decimum ætatis annum virginitas. Brami inter eos ſunt, de quorum ſanctitate magna eſt vulgi opinio. Pythagoreorum more ab omnibus animatis abſtinent, herbis tantum & fructibus victitantes. mortuorũ cadauera cremant. natura quieté amant, imbelles vt plurimũ, niſi quos longa cum Luſitanis militiæ conſuetudo efferauit: cuius initia, progreſſus & euentũ paucis attingemus. Mara Regũ Zeilæ rex mortuus tres filios reliquit, & nothũ è fidicina ſiue ſaltatrice natũ, Darmã nomine. Hic conconciliatis ſibi militum animis, peſſimum occidendi patris & fratrum conſilium cepit. poſt parricidium Setauaccam venit, & nobilitate auerſa, à vulgo Rex proclamatur. Suſcepto

cepto regno in nobilitatem iram magna cum ſæuitia effundit; & Candiæ regi Singalarum ope freto, imperiúque tyranni detrectanti, bellum indicit, ſed paullo poſt veneno peremptus decedit. Singalæ tyranni odio Luſitanos iam ante in auxilium vocauerant, qui eo iam ſublato, tanto facilius non inuitis quoque tum Singalis, Candiæ ſedes fixerunt, imperiumque ſibi vindicarunt, ædificatis paſſim circa litus caſtellis. Mortuo Candiæ rege, Fimala Darma Suriada à Luſitanis Modeliar creatur: quæ proxima eſt poſt regiam dignitas, quamque pater eius antea itidem tenuerat. Columbi enim, quæ præcipua Luſitanorum ibi arx eſt, educatus, atque etiam ſacro lauacro Chriſtiano ritu tinctus, Don Ioannis nomine ab iiſdem fuit appellatus. Goam inde, Matthæo Albuquercio prorege eo veniente, traductus, & Chriſtiana diſciplina à Ieſuitis imbutus eſt, itaque ſe geſſit vt ad eam quam dixi dignitatē magno omnium conſenſu ſit euectus. Vbi vero militum ac Singalarum ſiue nobilium ſtudia in ſe inclinata vidit: ratus ſuos domeſticum facilius quam peregrinū imperium laturos pro rege ſe gerit, bellum contra Luſitanos ſuſcipit, ac magno animo etiamnū gerit. Candiæ rex filiā reliquerat vnicam, legitimā regni hæredem. Hanc Luſitani Mannarem quoque tranſportarunt, ac baptizatam, Donnæ Catharinæ indito nomine in Chriſtiana religione & moribus educarunt. Viro iam matura Lupo Soſæ Malaccæ gubernatori communi omnium Luſitanorum ſententia deſpondetur, hac conditione vt ipſe pro coniuge rerum potita, Regnum Adminiſtraret. Sic igitur Lupus magnis

Fimala Darma Suriada quomodo ad regnū peruenerit

gnis vndique contractis Lusitanorum copijs, ad Candiæ regnum capessendum proficiscitur. Cedit Fimala tempori, & cum nobilitatis & insulanorum magna manu in loca syluestria & impedita concedit, omniaque ita infestat, vt nemo Hispanorum extra Candiam vrbem conspiciendum se dare auderet. Quum vero summa esset in oppido annonæ difficultas: Sosa cũ suis ad planiciẽ quandã, vno miliari à Candia distantem profectus, Fimalam ad prœliũ prouocat, quadraginta Elephantorũ ad bellum optime instructorum robore præcipue cõfisus. At Fimala ex occasione tantum hostem assiliens, breui eo angustiarum Hispanos redegit, vt magna parte interemta, reliqui commeatu destituti, in fugam abierint, in qua tamen plurimi quoque perierunt. Sosa cæsus est, Donna Catharina capta, vt & Elephanti plerique omnes, cum opulenta præda. Facta hæc sunt anno MDXC. quo anno confirmatis iam rebus, & Catharina annum ætatis decimũ agente, in vxorem ducta, Fimala Candiæ rex vnanimi Singalarum suffragio dictus est, ob singularẽ prudentiã, animi magnitudinem, artesque optimas regno non indignus: tantoque hæc victoria fuit admirabilior, quanto exercitus Fimalæ non numero, sed bellatorum virtute fuit inferior. Sunt enim Singalæ eximia quidem & decenti corporis statura, sed molles, laborũque militarium impatientes, animi ac corporis vires delitijs eneruantibus, quib. supra modũ sũt dediti. Ociũ vnice sectãtur, & in magna diuitiarũ affluẽtia cibis opiparis & delicatis vtũtur, quos semel manu contrectatos fastidiunt, bibentes quoque

vas

vas ori non apponunt, potu per fistulam vasi insertam in os infuso. Qui cladi supererant Hispani, Columbum se receperunt, quod vnicum ijs locis habent tutum asylum: Fimala vero ad pacis studia conuersus; regiam insigni structura Candiæ ac multa delubra passim exædificauit, finibus arces & castella imposuit, firmis præsidijs communita. Sosa, vt diximus, occiso, Hieronymus Ouiedus Goa euocato magno equitum peditumque numero ad Candiæ regnum oppugnandum & subigendum proficiscitur: econtra Fimala ingentem quoque multitudinem cogit, qua vt & locorum opportunitate fretus, conatus Ouiedi facile elusit: parumque abfuit quin Hispani eodem quo antea modo circumuenti; ad internecionem cæderentur. Ab eo tempore Lusitani arte magis quam viribus contra Fimalam pugnarunt, ægre quæ ipsi opposuerant, defensis castellis. Priori illo prœlio captus inter ceteros adolescens quidam Emanuel Dius nomine, ipso Paschatis festo Columbum ad Ouiedum profugit, cum quo communicatis consilijs, facile inductus est vt Fimalæ occidendi prouinciam in se susciperet, adiunctis quinque alijs, Christiano Iacomo, Alberto Primero, Ioanne Pererio, & duobus militibus. Ad Fimalam reuersus; rem omnem exponit, breui cædis consilia qui cepissent adfuturos nuncians. Ita miseris illis comprehensis, Lusitani spe frustrati sunt, Dius vero summi magistratus à Fimala dignitatem, perfidiæ in suos præmium accepit. atque his quidem artibus apud Indos nihil est vsitatius, quibus ipsi nonunquam petuntur, peregrinos quidem semper petunt. Et quid mirū hoc in gente veræ pie-

tatis

tatis experte? immo ipſum quoque perfidiæ & mali omnis auctorem diuinis honoribus proſequente? Horrorem profecto incutiunt quæ de cultu hoc diabolico ſcribuntur. nam & ipſi, vt diximus, diabolo ſacra quotid e faciunt, & mortuos homines nefarios adorant: quidam etiam elephantis caput è ſaxo vel ligno effigiatũ pro numine colunt, inque eo magnam ſpē conſequendæ ſapientiæ ponunt. Inter Galleum promontoriũ & Matecalonem ingens delubrũ conſpicitur, in quo coloſſus eſt, viri effigie, gladiũ erecta, & veluti ictum minitante manu tenentis, quem Singalæ in magna habent veneratione. Idolo huic Fimala, vt ceteris fere (Chriſtianæ enim religionis principia adhuc tenet, quidquid vero huius facit, Singalis gratificandi eorumque ſtudia demerendi cauſſa fuit; Regina vero Catharina ab impio idolorum cultu omnino abhorret) huic, inquã, idolo tanquam inani numini Fimala illudere ſolebat. Quid fit? Delubrum ingreſſo, coloſſus dextram mouet, gladiumque criſpanti & vibranti ſimilis Fimalã vehementer exterret. His præſtigijs aſtutiſſimus ille ſerpens ſuperſtitioſum regis animum rurſus ſibi deuinxit: perſuaſumq; habent Zeilani eundē huius idoli quem mundi fore finem. Sunt omnino Zeilani minime ceterorum Indorũ more pertinaces, facileque tractari ſe & doceri patiuntur, nec idololatriā ſuam reprehendi ægre admodũ ferunt, illud tantum prætendunt, patrios hos ſibi eſſe & à maioribus relictos Deos, à quorum cultu non temere putent recedendum. Zeila ſoluens Spelbergius XVI. Auguſti anno MDCII. Achinum in Sumatra

est appulsus, & ad regem profectus, mandata & literas Mauritij Nassouij pertulit. Est vero Sumatra totius orientis, vt quidam scribunt, maxima insula, quæ à contiente Malaccensis regionis angusto & periculoso dirimitur freto, insulis exiguis & scopulis referto. A Septentrione in Austrum obliquo porrigitur tractu, ambitu continens ad 2100. miliaria; longitudinē vero alij mille, alij 900. alij 700. miliarium ponunt, latitudini ducenta adscribunt. Sub Aequatore in zona torrida sita est, à quo media secatur: vnde vna eius pars ad borealem pertinet plagam, occupans quinque fere gradus, seu duos primos parallelos, reliqua vero pars in meridiem vergens, ad septem pæne gradus, & tres Austrinos parallelos capit. Hanc insulam antiquorū Taprobanam esse omnes ferme Geographi sentiunt, licet nonnulli magnæ eruditionis viri ipsam Auream fuisse Chersonesum putent, ac ob id antiquis peninsulam creditam fuisse. Porro insula hæc asperum habet & inclemens cœlum, ob vaporū copiam, qui ex frequentibus stagnis & fluminibus exhalant. tota fere densissimis nemoribus occupatur. ager frumentum & alias fruges non producit, præter milium & orizā: mel tamen, ceram, gingiber, camphoram, agaricum, cassiam, magna copia gignit, inprimis vero piperis vulgaris & piperis oblongi magnus est heic prouentus, quod nauibus Cathaiā portatur: gossypio quoque & sericeis velleribus diues est, auri etiam, stanni, ferri, sulphuris, aliorumque mineralium vberes habet venas, fontem insuper, ex quo naphtha instar olei manat: gemmas deniq; fert preciosissimas,

Taprobana & Aurea Chersonesus.

tum elephantos maiores quam vlla alia regio, & bellicosiores; quos ceteri (ita experientia compertum est) vt superiores colunt ac venerantur. Scribunt quidam vniuersam insulam in quatuor regna esse diuisam, alij in decem, alij in vndetriginta: sed octo tantūmodo nota sunt, è quibus tamen nonnulla quoque sub vnius dominatū concesserunt: Pedir, Pacem, Achin, Campar, Menancobo, Zunde. & hæc quidē circa litus sunt, & à Mauris occupata olim fuere; reliqua Anndragide & Auru, mediterranea sunt quorum incolæ carnē vorant humanā, eorum præsertim quos in bello ceperunt. Potentior ceteris Achini rex est, qui regna Pacem & Pedir quoq;, imo totam fere septentrionalem insulæ partem sub imperio habet. Cum Turcis & Arabibus fedus colit, ac contra Lusitanos qui Malaccæ sunt, continuum bellum gerit. Inter Sumatram enim & Malaccā duo tantū canales sunt siue euripi, quorum vnus fretum Sincapuræ, ab vrbe in continenti sita, alter Sabaon à proxima insula vocatur. Achini Spelbergius nauium suarum minimam, Agni insigne & nomen ferentem, inuenit, quæ circa promontorium Comorinum à prætoria fuerat disiecta, ac tempestate vehementer lacerata, ægre ad litus prædicti regni euasit. Eodem in portu Angli tum hærebant, ad prædam magis quā ad mercatū profecturi. Ab his Spelbergius rogatus, vt in Lusitanica oneraria, quę Santomā ꝓpediē Malaccā ventura dicebatur, oppugnādā iuuare se vellet, facile exoratur; solus & vltro, modo viriū satis esset, quod petebatur facturus. Tantum moratus dum loci Regem conueniret,

 & man-

& mandata exponeret, XXI. Septembris supradicti anni cum Anglis Sumatra soluit, quibusdam suorum interea piperis emendi, ceteraq; cur venerant peragendi dato negocio. Quum diu circa Malaccæ litus oberrassent, tandem 13. Octobris nauis speculatoria onerariæ aduentũ nunciat. Lancastrius ergo (id Anglorum thalassiarcho nomen) Spelbergium & Middeltonium ad Lusitanos persequendos mittit: ipse cũ reliquis ad fretum obsidendum proficiscitur: euasissent tamen noctis beneficio Lusitani, nisi paro præmissus Anglis & Batauis signum procul flamma dedisset, quo admoniti de Lusitanorum cursu, non aberrarent: qui vbi insidias animaduerterunt, nauis robore & magnitudine confisi, facilem profligatu hostem fore initio sibi persuaserant. Commisso prœlio, & tormẽtis vtrimque magna cum hominũ strage & nauiũ detrimento detonantibus, reliquæ duæ ad tres Anglorum naues quoque aduolant, & frequenti conuerberatione Lusitanicam onerariã ita perforant, vt contra hostem simul & vndas irrumpentes tueri amplius se non posset. Deditur ergo, hac conditione vt vectorum & nautarum vitæ nulla vis fieret; de bonis statuerent victores quod videretur. Magna ibi omnis generis præda reperta, quæ toto octiduo, relictis etiam corio, storeis, oryza, butyro, oleo, ac ceteris rebus, quarum non ita est magnum preciũ, vix potuit exportari. Ea inter Anglos & Batauos diuisa, Lusitani in vacuam nauim rursus impositi Malaccam versus iter prosequuntur; illi vero Achinum in Sumatra redeunt, vnde paucis diebus post Angli domum contenderunt.

Lusitanica nauis expugnatur.

Ceterum

Ceterum vt hoc addam, magna Achini & frequens negociatio ab Anglis, Gallis & Belgis exercetur, quorum priorum illi ædes quoque siue propoleum ibi ædificarunt. vnde non raro accidit, vt omnibus emere cupientibus, aromata non magno tantum ab insulanis æstimentur, sed etiam interdum omnino desint. Piperis Bara (est mensura genus, nostratiũ librarium sexcentas viginti quinque circiter libras continens) tricenis, postea vero vicenis octonis, tandem etiã duodenis Tapellis tum empta fuit. est vero Tapella monetæ genus, libræ Flandricæ plus minus æquiualens. Aromatis omnibus fere ab Anglis & Gallis coemtis, Spelbergius Quedam ad Malaccæ litus contendit: sed vi tẽpestatis ad Nicubaras insulas subsistere coactus est, non sine periculo. Sunt enim importuosæ admodum, steriles, & aquæ dulcis penuria laborant. Incolæ feri sunt, perfidiæ pleni, quidã etiam anthropophagi. Ambræ heic siue succini magna est copia, quem ad ripas expiscantur; nec desunt gallinæ, mala medica, id genus fructus. Quod operæprecium facere heic non posset Spelbergius, Achinum non sine naufragij discrimine per loca insulis impedita reuertitur, ipso fere ineuntis anni MDCIII. principio, & ad regem profectus, mandata latius exponit, muneraque offert, tormentum æneum, hastas, gladios, sclopetos: eum in finem, vt contra Lusitanos iam antea inimicum regem magis instigaret. Grata hæc munera habuit Achinensis: quumque Spelbergius non mercatorem se, sed legatum esset professus, & pecunia non ampliori quam legationis munus requireret in-

Nicubara insula.

ſtructum, rex conſenſit, vt Baræ ducentæ piperis ipſi dependerentur, preciumque Batavi panno alijſq; mercibus quas Luſitanis eripuerant, exſoluerent. Infelix fuit Batauis primus conuehendi piperis conatus, parone cum ſexdecim perſonis ſubmerſo. Interea 17. Ianuarij duæ aliæ Hollandorum naues Vliſſinga & Tergoſa, è Zeila quoque Achinum appellunt, & paulo poſt Ziericſæa, cuius nauarchus Sebaldus Guertæus ad regem Candiæ itidē, vt antea Spelbergius, erat profectus, & non minus humaniter exceptus. Similiter 8. Martij Hollandia, Stora, & virgo Enchuſana, tres aliæ Hollandorum naues, à quibus intellectum eſt, Hollandos & Selandos mercatores ita inter ſe conueniſſe, vt vna tantū eſſet omnium ſocietas, quæ communi nomine rem gereret: qua de re ſupra diximus. Hinc quibuſdam Calecutū, alijs aliò digreſſis, Spelbergius receptis quæ nanciſci poterat aromatis, 3. Aprilis ad reditum ſe comparat, & quibuſdam ſuorum ibi relictis, regi valedicit, ſuoſque cōmendat, à quo duodecim Baris lectiſſimi piperis donatus, ita dimittitur, Bantamum Iauæ emporium petiturus. Soluit quoque inde paulo poſt Sebaldus Guertæus, & ad Zeilam inſulā redijt: de cuius exitu infra aliquid attingemus. Spelbergius Bantamum tandem, Sundæ fretū maximis cum periculs emenſus, 27. peruenit: vbi tum Vibrandus Varuicus cum nouem onerariarum claſſe ſtationem habebat; eique petenti, veſtem & pannum qui è Luſitanica præda reliquus erat, vendidit. Ex hac claſſe poſtea 10. Iunij duæ Hollandorum naues, Eraſmus & Naſſouia, Chinam verſus vela fecerunt: poſt quarū

Multæ Hollandorum naues Sumatrā appellunt.

abitum

abitum Iacobus Hemskerckius cum alljs duabus nauibus, albo scilicet Leone, & Alcmaria, in eundem appulit portum, ingentem Lusitanorum Caraccam, vt vocant, captiuam ducens: cuius præda postea quingentis aureorum myriadibus, siue quinque vt vulgo loquuntur, auri milionibus, æstimata fuit. Statuerat quidem Spelbergius merces suas alijs nauibus imponere, & ad Chinarum vsque & Iapponiæ regna progrediendo, fortunam amplius tentare: at hoc ceteri, Varuicus & Hemskerckius dissuadebant, quibus minime tutum videbatur certis omissis, incerta persequi. Piperis habebat quinquies mille saccos siue cados & quingentos, nucum myristicarum ducentos; præterea Indigi (est genus cærulei coloris præstantissimi) cinnamomi, fili serici, macidis, gemmarum, vnionum vim non exiguam. Cum his mercibus & duabus alijs nauibus, Concordia nimirum, & Virgine Enchusana, 30. Augusti ex insula Pinione, quæ à Iaua non procul abest, profectus, in insulam S. Helenæ 16. Nouembris peruenit: vnde postea, refectis nautis & nauibus, vigesimo sexto Martij Anno MDCIV. in portum Vlissingensem est appulsus.

Iacobi Necui Nauigatio.

Antequam alteram illam Nauigationem describere aggrediar, de quibusdam mihi paucis monendus es, Lector. Ac primum illud mirum tibi videri non debet, quod eorundem fere locorum, quorum superius, heic fiat mentio. nam & hi & illi idem pæne iter atq; eodē prope tempore instituerunt, non tamen eundem omnino tenuerunt cursum, neque ijsdem successibus nauigarunt: vnde fit vt quæ ibi omissa,

heic accuratius & vberius recenseantur. Deinde quum prius multæ essent eorum qui in Indias negotiandi causa naues ex Hollandia & Selandia mittunt, societates; & vero hac ratione precia aromatum, ob emptorum multitudinē, ab insulanis valde augerentur, inter ipsos quoque Hollandos, singulis lucrum ad se deriuare, & alios præuenire cupientibus, dissidiorum scintillæ gliscerent: post multā disceptationē tandem decretum factum est, vt vna tantū posthac omnium esset societas, inq; eam nemo intra certum anni tempus admitteretur. Hæc postea facta sunt quam Iacobus Neckius hanc quam summatim describimus, nauigationem suscepit. Soluit vero 28. Iunij Anno M D C I. sed aduersis ventis detentus, Iulio exeunte demum Oceanum ingressus est, ac tandem circa initium mensis Octobris, ad Annobonam insulam fortuna magis quam voluntate delatus, anchoras iecit. Annabona insula nomen habet à tempore quo primum inuenta est, ipsis scilicet Ianuarij Calendis, bono noui anni initio. Sita est vltra æquinoctialem sub gradu vno & triente. Mira eius & pulcherrima est species, arboribus semper virentibns, & vario præstantissimorū fructuum genere onustis. aer purus est & salubris. Amœnissimis vallibus montes nemorosi distinguuntur, valles vero ipsæ fluuijs & riuis limpidissimis irrigantur; quorum ripæ arboribus malorum medicorum, citriorū aliorumque feracibus, nec non palmis, vnde vinum exprimitur, sunt consitæ, vt & colles. Aestum mitigat imbriū frequentia, qui præterquam quod solum molliunt, & terra nascentibus succum suppeditant

Annabona Insula.

ditant

ditant, incredibilem è malorum floribus eliciunt odoris fragrantiã & suauitatem, qui vel procul venientes afflat, leni admodum aura imbrẽ statim subsequente. Præter exoticos etiam nostratis generis multos gignit fructus, lactucã, cucumeres, melones, pepones, fabas, eadẽ fere omnes qua apud nos specie, sed bonitate superiores. Ambitu suo vix vltra tria complectitur miliaria. incolarum pro loci capacitate ingens multitudo paucis Lusitanis paret, qui ad portus ingressum arcẽ exstruxerunt, vnde supra Spelbergium reiectum fuisse diximus. Insulæ gubernator, maiori erga Neckium quã Spelbergium humanitate vsus, siue regis sui hostes esse ignorans, siue donis & muneribus pellectus, Hollandis quẽ sperebant comeatũ, annumerato precio, submisit, nec aquatione eos prohibuit. Refocillatis nautis, anchorisque leuatis, Neckius suos monet vt quã celerrimo possent cursu Iauam contenderent, inprimis Amsteldami, Delphtæ & Goudæ nauarchos, quæ naues ceteras pernicitate anteibant: ipse cum tribus reliquis idẽ facturus, si venti & tempestates permisissent, à quibus iactatus, 17. prædicti mensis die Africæ litus, qua Congi regnũ iacet, non procul à Zagiris fluuij ostio, vidit. Habito concilio suos deliberare iussit; vtrum persequendũ esset iter (quod difficile admodum ob ventos aduersos, imo impossibile videbatur) an vero in Africæ litus alicubi exscendendũ. Illud placuit. Sic igitur mutatis velis vento obsecundantes a ac horribili tempestate vexati vicesimo octauo Martij Anno MDCII. ad Bantamum appulerunt. Quum pauciora ibi essent aromata,

quam quę tot nauibus sufficerent: Delphtam, cuius malus vi tempestatis fractus fuerat, Bantami relinquunt, cum ceteris duabus Bandam, & ad Moluccas insulas ire pergunt. Egressus secundo Aprilis è portu Bantamensi Neckius, vento secundo versus Celebense fretum nauigare incipit: sed mutante vento, cursum quoque mutare coactus, ad Nassassiras insulas anchoram eiecit. Positæ sunt sub 5. æquatoris versus Austrũ gradu; quinque numero, desertæ omnes ab hominibus, arbustis & syluis ita impeditæ vt vix duos aut tres passus liceat progredi: aquationi tamen valdæ opportunæ, volucrum & Indicarum gallinarum gregibus abundantes. ferarum præter crocodilos paruos admodum, Hollandi ibi nihil conspexerunt. Relictis tam asperis & incultis locis, Neckius occidentale litus Celebes insulæ petit, ventis mirum in modum variantibus. aliquando enim e mari flabant, mox, noctu præsertim, à terra, quæ in tam altos assurgit montes vt cum Alpibus ferme comparari possint. Sex dies continuos hinc inde iactati, tandem ad Ternatem perueniunt, & ad Talingámum qui insulæ portus est, anchoris naues firmant. Gratus fuit regi Hollandorum aduentus; sed multo gratior Hollandis, qui negocij causa iam annos aliquot ibi commorantur. Omnem quidem mouerant lapidem Lusitani, vt regem ab Hollandorũ amicitia auerterent, piratas, exploratores, impudicos ac homines nefarios esse dictitantes, qui id vnum agerent quomodo arcibus regni occupatis, insulas eas omnes & ipsum regem in suam redigerent potestatem: adeo vt dubitare iam quodammodo rex inciperet, ac sæpe quæ obijcerent

Nassassiræ insulæ.

rent

ent Lusitani exprobraret : illis vero vitia hæc omnia in calumniæ auctores retorquentibus; & nequaquam hostibus suis infensissimis fidem habendam, sed factis vniuscuiusque voluntatem & consilia metienda respondentibus; facile rex acquieuit, præter modum iam olim Lusitanis infestus. Paullo ante Hollandicam nauem è Manuuiana societate ijs in locis oppresserant Lusitani qui Tidore habitant, euocato per speciem amicitiæ & colloquij, & cum omnibus suis occiso, & in mare abiecto nauarcho. Vltionem igitur veriti, accepto de Hollandorum aduentu nuncio, Ternatæ regem iterum monent, vt sibi caueret, neque exspectaret, dum circumuentus sera postmodum & inutili pœnitentia fortunam suam deploraret : sed is nihil territus, paucis comitatus in Hollandorum naues escendit, ac reuerenter exceptus, multas beneuolentiæ dedit significationes. His iniurijs, vt videri volebant, iritati Hollandi, ne frustra tempus ibi tererent, dum aromata conuehuntur, Lusitanos oppugnare statuunt, ea spe fore vt castello aliquo capto, Moluccis illi insulis expellerentur. Quare assentiente Ternatæ rege, classem Lusitanam quæ ad Tidorem stabat, aggrediuntur : sed quum ad eam in terram pæne subductam accedere non possent, eminus tantum aliquamdiu certatum est, donec vulnerato Neckio, nouem occisis, & ceteris relanguescentibus, pugna fuit intermissa : cui vt instarent Hollandi, rex non procul inde in specula constitutus summopere vrgebat; sed maior tũ fuit Lusitanorum virtus & robur quam quæ tum eo apparatu frangi posset. Infeliciter tentato

Hollandi Lusitanos frustra oppugnant

tentato prœlio, Neckius ad abitum ſe parat, reclamante rege, qui iratis Luſitanis prædæ ſe & ludibrio cum vxore & liberis relinqui querebatur: manerent potius, & regionem ſuam (regnum enim pridem non rogatus, Comiti Mauritio reſignauerat) defenderent; vt ſibi tanquam vſufructuario pacatam eam poſſidere liceret. Neckius nihil quidem lubentius quam quod peteret facturum ſe reſpondit: ſed eum eſſe rerum ſtatum vt longiorem ibi moram trahere ſine vlla ſpe vtilitatis & maximis cum impenſis ſibi non liceret. Iureiurando enim ijs à quibus miſſus eſſet promiſiſſe, iter quantum poſſet maturaturũ: nec mancipia eſſe quorum opera vteretur nautas & claſſiarios, ſed omnes magnis ſtipendijs conductos: rediturum ſe, Deo bene iuuante, maioribus cum viribus, ac fortaſſe alios etiam breui venturos, qui Luſitanos retunderent ac cohiberent. Aegre quidem Ternatæ rex profectioni conſenſit, ſed quum videret fruſtra ſe repugnaturum, veniam eis diſcedendi conceſſit, ad regale prius epulum inuitatis, cuius hic fuit apparatus. Editiori quodam regiæ loco lectus erat, multa ſtragula veſte holoſerica rubri & viridis coloris ac puluinis auro intertextis ornatus, in quo rex conſedit: proxime hunc Spelbergius cum primarijs quibuſdam, in menſa mappa ſubtiliſſima conſtrata: nec mantilia deerant, ac cetera apud nos in conuiuijs vſurpari ſolita. Inferiorem menſæ partem reliquum nautarum vulgus occupauerat, ſed pro linteo viridia erant impoſita folia, lata admodum, quibus alias Indi vtplurimum non pro mappis tantum, ſed etiam lancibus vti conſueuerunt. Sedentibus, præter

Epulum regis Ternatenſis.

dome-

lomesticos, duo quoque regis, nec non regis
Gilolani filij, tenera omnes ætate, ministrabãt.
vinum Arecca erat, qui succus est è palmitibus
expressus. Comœdorum vel ludionum vices
nobiles regis domestici explebant, qui ludi-
cris certaminibus, & mirificis saltibus conui-
uas oblectare summopere allaborarunt, nihil-
que plane quod ad animos ipsorum more exhi-
larandos pertinet, intermiserunt. Hoc loco res
me monet, vt de Moluccis insulis aliquid di-
cam: quæ quinque sunt numero, Ternate, Ti-
dor, Motir, Machiam, & Bachiam, quarum nul-
la sex leucarum ambitũ excedit: atque his aliæ
etiam minores insulæ circumfusæ sunt; omnes
vero intra 25. leucarum spaciũ comprehendun-
tur. Sub æquatore positæ sunt, inter Sindas in-
sulas conclusæ, sed ab occasu insula Gilolo.
maxime omniũ septentrionalis est Tidor, à Ter-
nate exiguo freto diremta: longissime vero ad
Austrum vergit Bachiam. In montes excelsos
admodũ omnes fere attolluntur, quorum non-
nulli instar Aetnæ, flammas continuo eructant,
præcipue in Ternate insula. Ager in vniuersum
aridus est, & spongiæ similis, quippe qui caden-
tes è cœlo imbres, & de montibus decurrentes
aquas confestim absorbet, antequam in mare
dilabantur. Frumenta non producit, magis
tamẽ incolarum ignauia quam terræ infecundi-
tate: sed aromata, inprimis caryophylla, quo-
rum nullibi quam in his insulis est prouentus.
Arbor est eximia proceritate, in montibus à
maris litore aliquantum remotis inter ceteras
arbores prouenients. folia habet lauri folijs non
absimilia, paullo tamen angustiora, magisque
acu-

Moluccæ insulæ.

acuminata; quæ admorſa caryophyllorum quo-
que referunt acrimoniam. corolla primum, t
in ea flos haud alius quam mali aurei prodit, e
tempore quo ab Auſtro ijs in locis venti ſpirant
Iunio ſcilicet, Iulio, Auguſto, & Septembri
Fructus ſemel tantum quotannis, & quiden
nullo ſtato tempore colligitur. mirabile & iu-
cundiſſimum eſt ſpectaculum videre vnam ar-
borem ſimul ſe in flores ind·entem, ſimul ma-
turos præbentem fructus. plerumque caryo-
phyllis florentibus imbres cadunt frequentes,
& per dies aliquot continui: vnde fit vt flores
caloris vi producti, frigido humore corrum-
pantur, & exareſcentes decidant. nunquam ta-
men arbor ſine fructu aut floribus conſpicitur,
nouo terræ calore nouos ſtatim flores ſubſtitu-
ente. Fructus quatuor menſibus poſt quam flo-
rere cœperint arbores, vindemiantur, hoc mo-
do. Solum ad arborum radices gramine euulſo
purgatur; rami vero exteriores funiculis vin-
ciuntur, vt tanto commodius auelli fructus poſ-
ſint, qui humi ſparſi deinde colliguntur. Vin-
demia intra decimum quartum diem abſolua-
tur neceſſe eſt. caryophylla enim matura niſi
quamprimum decerpantur, omni acrimonia
amiſſa, craſſeſcunt, fatua & inſipida, quæ no-
ſtrates æthiopum caryophylla, quidam etiam
matrices appellare ſolent. Toto eo tempore
mirum eſt quantum diligentiæ Moluccani in
meſſe colligenda ponant. tertio quoque anno
tanta eſt vbertas, vt vna arbor binas Baras, id
eſt, noſtratium librarum mille ducentas quin-
quaginta largiatur. Rubet primum caryophyl-
lum, eumque colorem ſi ad ſolem ſiccetur, ſer-
uat;

uat; at pluuijs obstantibus, nonnunquam in fumo torrentur, vnde nigrescunt. quare inepti-unt qui hæc illis præferunt. Incolæ mediocri sunt corporis statura, decenti membrorum proportione, colore nec nigro nec liuido, vt plerique alij æthiopes, sed fusco, à quibus in hoc quoque differunt quod barbas, senes præsertim, satis prolixas alunt. tunicam gestant, ad genua, vel paullo etiam infra pertingentem, e panno serico, vel lineo, qui è Bengalensi ora comportatur. Capiti circulum instar coronæ è gossypio factum circumdant, quem iuuenes festis diebus varijs floribus exornant. Exterior vestis tota pellucet, circa pectus aperta, laxis manicis, quibus ad humeros reiectis, brachia nuda plerumque gestant. odoribus valde delectantur, quibus vestes eorũ crebro perfusæ singularem suauitatem adstantium vel prætereuntium naribus aspergunt. Arma gestant gladiũ, scutum & galeam, quæ scite admodum tractant. In prœlio etiam contra plures nihil fuga turpius, nihil morte honestius putant. Ocio valde sunt dediti: artes manuarias nullas exercent; nec quisquam, præter mancipia, vllam laboris partem attingit. casas è ligno & arundinibus (quarum aliquæ tanta sunt crassitie, vt doliorum vicem suppleant) sine vllo ferramento exstruunt. Vulgus pauperem admodum & sordidam degit vitam, ab aduenis qui mercandi caussa eò confluunt exhausti. ab his enim quæ ad vitam necessaria, pignore dato, accipiunt; debitum deinde caryophyllorum vindemia exsoluunt. ita miseri semper prouentus suos anticipant. Zelotypi sunt: nec iniuria, feminis

parum

parum ibi pudicis. Vxores ducunt etiam no visas, à parentibus absente sponsa, cum dot pactas, tot quot alere possunt. Sunt enim Mahumetani. Harum insularum singulæ olim singulos habuere reges: hodie Machian & Moti Ternatæ regi parent, cui Scipidino nomen: iiq præterea etiam Amboinæ & Gilolæ regis titulū vsurpat. imperiū in suos nullis legibus circumscriptum exercet. Ad bellū proficiscenti omnes sine stipendijs militant: quin etiam domo iussi migrare, aut quodcunque aliud facere, ne mutire quidē contra audent. Ternate, Amboina, Machian & Motir decimas garyophyllorū regi soluunt, vt & aduenæ: præterea libripendi quinque de centū; ceteræ insulæ aurū pendunt. merces vero quæ importantur ab omni vectigali sunt immunes. Rara hic sunt animalia, tam quadrupeda quam volucria, nec squamosum illud Neptuni pecus abundat. Pauci tatum reperiuntur bubali, pauciores capræ; frequentes tamen apri, quos tutos præstat Mahumetanorum superstitio. Hos à se occisos monstrabant Hollandis insulani, quibus carne illa vesci nulla erat religio, præsertim quū melioris copia non esset. gallinas tamen habent mire fecundas, palūbes etiā & psittacos varij coloris. Est præterea heic auiū genus, quæ à paradiso nomen habent; nonnulli Manucodiatas appellant. Creditum hactenus fuit, pedibus carere, ideoque continuo volatu in aere gyros ducere: sed hunc errorem Batauorum nobis diligentia detexit, à quibus accurata inspectatione pedum vestigia deprehensa sunt. non in Moluccis, sed Papona insula, paullo magis ad orientem sita

Paradisi aues, seu Manucodiatæ.

capiun-

capiuntur. captis incolæ non pedes tantum, sed magnam etiam corporis partem præcidunt, ita vt præter caput, collum & pennas nihil reliqui fiat: cutem deinde & pennas singulari artificio conglutinant, & totum corpus ad solem exponunt, cuius calore exsiccatæ partes omnes ita coeunt vt à natura ita factæ videantur. Ita impostura etiam quandoque miracula fingit, & vel oculatissimis obtrudit. Ternate digressi Hollādi ad Celeben vsque insulam secundo vento nauigarunt, quo ibi destituti & vehementi æstu retrolati, septentrionale Borneonis insulæ latus per Tagimæ fretum circumnauigantes, ad Forcadem insulam anchoras iecerunt, ac de reliquo deinceps cursu consultarunt. Ad Chinæ regnum tandem proficisci placuit, à quo ducenta circiter aberant miliaria. Innumeras igitur insulas prætervecti, ad Mendaren, atque inde per fretum vigesimo quarto Septembris ad ignotam terram peruenerunt, quam Macaonem fuisse postea magno cum malo didicerunt. In hoc itinere tanta tempestate conflictati sunt, quantam vix quisquam, quum tamen plerique mari quasi à teneris essent innutriti, meminerat. non minus atrox à terra post excepit eos tempestas: celoce cum viginti vectoribus à Macaonensibus intercepto. nec minus interea ingens myoparonum multitudo quotidie ad insulas ex aduerso Macaonis circiter triginta septē numero sitas, confluebant, sine dubio Hollandos opprimendi consilio: quo illi animaduerso, hostili terra quamprimum excedere satagerūt, non sine acerbissimo, quem è sociorum iactura ceperant, animi dolore. Solutis inde anchoris,

per multas tempestatei ad Auarellæ litus præter spem & opinionem appulerunt, à quo longissime adhuc abesse se autumabant. ad id litus explorandum nauarchus catascopium emisit, ipse quoque dein profectus, nulla hominum, sed elephantum, bubalorum, & eiusmodi ferarum vestigia deprehendit. Heic non diu commorati, ad sinum nonprocul inde ad quinque miliaria introrsum in terram extensum nauigarunt, quo vix amœnior specie, aut opportunitate aquationis commodior, vel cogitatione fingi poterat. Vndiquaque altissimis præcingitur montibus, inter quos valles fluuijs & riuis liquidissimis irrigantur, ad quos feræ, bubali præsertim magno numero potum congregabãtur. nec volucres deerant, grues, ardeæ versicolores psittaci, aliæ: quas veru infixas vel authepsæ iniectas tum quidem videre maluissent, quã ramis insidentes, quod iamdiu præter panem & legumina nullum fere alium cibum gustassent insidiabantur quidẽ tã quadrupedibus quã volucribus, non tamen successit venatio; cui dum indulgent, in orbitam incidunt, quam sequuti, hominum qui sub vmbra requieuerant vestigia & cubilia deprehenderunt: vnde coniecturam nonnulli faciebant, incolas eorum locorum hamaxobios esse, ac Tartarorum more incertis sedibus vagari. In hoc sinu res mirabilis accidit. Arbores ibi erant, fructum prunorum syluestrium non absimilem ferentes; in eo tamen diuersum quod pro lapillo multa grana acinorum instar inclusa haberet. Hunc quum ex Hollandis quidam comedissent, in tantam mox animi & sensuum alienationem incide-

runt, vt miserabile esset & ridiculum simul spectaculum, videre heic aliquem Andabatarum more cum sua vmbra pugnantem; alium contra lemures & lamias auxilia postulantem. erant qui in prora Plutonem conspicere se dicebant, pisces hamo captantem: alius ad clauum homines peregrinos & nescio quos hospites sedere clamabat. Heic aliquis Deum se cum omnibus angelis è cœlo descendere, alibi alius diabolum cum omnibus cacodæmonibus ab inferno emergere prædicabat. nonnemo ridiculo phantasmate hominem adstantibus monstrabat, vno brachio iuuenum, altero puellarum aliquot paria sustinentem. alius serpentum incursu & morsibus infestari se quiritabatur: non deerant denique qui tam multas tamque admirabiles sibi obijci visiones asseuerabant, vt quum eloqui non possent, integros de ijs libros scribere se velle dicerent. Vix quidquam toto triduo aliud audiebatur quam hæc & huiusmodi alia somnia: quæ profecto digna risu futura erant, si vim morbi tam cito à socijs depulsum iri constitisset, præsertim quum ex omnibus nemo esset qui vim alteri facere conaretur. Illud obseruatum est, eos qui acinos vna deglutierant, magis ceteris fuisse ridiculis eiusmodi delirijs & visionibus vexatos. Ex hoc sinu, quum iam omnes ad se rediissent, & quasi è profundo somno euigilassent, Hollandi ad Sangotam, Mordillonij Regis oppidum sunt delati, & ab incolis summa cum humanitate & beneuolentia excepti: sed quum operæpreciùm fieri heic non posset, continuato cursu Patanam petierunt, decimo septimo Nouembris ad

eam appulsi. Est vero Patana vrbs amplissima, ad pelagus Sianense sita, sub latitudinis septentrionalis VII. gradu, lõgitudinis vero CXLIX inter Malaccam & potentissimum regnum Siam, quod in Borealem, Malacca vero meridionalem vergit plagam. Metropolis est totius regni, quod inde nomen habet, vt & pleraque alia ijs in locis à primarijs vrbibus denominantur. Ad ipsum litus, vel potius in ipso litore ad dimidium fere miliare patens posita est, sine vlla nauium tuta statione. Portus enim ad vnũ circiter miliare ab vrbe abest. Aedificia è lignis & arundinibus sunt exstructa, ventis vndique peruia; quod vnum est ijs locis & commodissimum leniendi caloris remedium Regia & primorum ædes ligneo septo è crassis & contiguis pæne trabibus circumdatæ sunt: maior vero est templi elegantia, quod Chinensium artificio ex coctis lateribus splendide admodum est constructum. Incolæ medio sunt inter nigrum & album colore, statura corporis non absurda, magis in ceteris rebus quam vestitu sumtuosi. In incessu & familiari conuersatione magna vtuntur grauitate, ac omnino multum sibi tribuunt, præsertim quibus pars aliqua publici muneris demandata. Ocium, vt ceteri Indi fere omnes, maxime sequuntur, totos dies inter mulierum greges ociosi desidentes. Mercaturam plerique omnes exercent, nec ab agricultura abhorrent, præsertim terra ad cultum & laborem facili: artes vero manuarias plane ignorant, ac quidquid eiusmodi habent, à Chinensibus acceperunt, quorum magnus est ibi numerus, immo indigenis pæne maior, ac fere publicis negoci-

Patena oppidum, & regnum.

is &

is & muneribus à rege præponuntur. Sunt omnino Chinenſes ſolerti & induſtrio ingenio, ſed rei faciendæ inprimis cupidi, cuius ſtudio facile quoduis facinus aggrediuntur. Sianenſium quoque magna eſt Patanæ multitudo, qui vt & Chinenſes, non lingua tantum, ſed moribus etiam & religione ab incolis differunt. Hi enim Mahumetani ſunt, illi pagani. Chinenſes aurea idola horribili ſpecie adorant, eiſque vario ritu quotidie ſacra faciunt. Magicis artibus, cũ primis Mantiæ, valde ſunt dediti. ſunt inter eos harioli, vel potius dæmoniaci, qui res futuras hoc modo prænunciant. In templo ante idolũ magna conuenit multitudo, quæ cantu & Muſicis inſtrumentis ſtrepitum potius quam concentum edit; ad quem mox adſtans iuuenis, longã cæſarie vultum obtegente, concidit, & aliquamdiu manibus pedibuſque diſpalſis immotus iacet, diſtortis oculis, & vultu minaci: interim ceteri humi ſedentes, nuſquam ab illo oculos deflectunt. Mox exſurgens ille, per templũ diſcurrit, nudatum gladium manu tenens, ſpumanti ore, ceteros omnes interfecturo ſimilis, à quibus magnis precibus rogatur, vt Deorum ſibi voluntatem exponat: iſque tandem vbi deſæuijt iam, & ad ſe redijt, aſſidens vaticinari incipit, & quaſi è conſilio Deorum (infernalium ſcilicet) modo veniens, futura prædicit, vero interdum, falſo ſæpius euentu. Longum ſit omnes eiuſmodi miſerorũ hominum ſuperſtitiones recenſere; ſed ad Patanenſes reuertimur, apud quos etſi polygamia, vt ceteros omnes Mahumetanos, vſitata eſt, mors tamen adulterio pœna eſt conſtituta, quam non lictor aut

Vaticinandi modus apud Sinas

carnifex, sed ipsi parentes in liberis eius criminis conuictis exsequuntur, adstantibus cognatis & amicis: reis vero mortis genus eligere permissum est. Terra fecunda est, omniaque quæ ad vitam hominis pertinent abundanter gignit: & quanquam ab æquinoctiali non multum absit, aere tamen salubri gaudet. Aestas Februario mense incipit, cui Nouembris initium finẽ affert; ac toto hoc tempore ventus interdiu quidem è mari, noctu vero à terra spirat. hyems à Nouembri exordium sumit, nulla alia re nisi continuis pluuijs ac vehementioribus ventis nota. Terram bubalis arant, oryza conserunt, cuius summa ibi est abundantia, vt & ceterorũ terra nascentium. singuli menses nouos producunt fructus, grato omnes sapore. Cicurum animalium, boum, bubalorum, caprarum, itẽ gallinarum & anatum mira heic est copia & fecunditas, adeo vt quam multa millia ad vicinas regiones exportentur, nullus tamen animaduertatur defectus; & anseres ac anates bis die oua excludant. Syluæ ferarum plenæ sunt, vrorum, aprorum, ceruorũ, leporum. Gallinæ etiã syluestres, ardeæ, turtures magno numero reperiuntur: & hæ quidem admirabili pennarum elegantia & varietate psittacis vix concedunt. Noxiæ maxime sunt tygrides, simiæ & cercopitheci: quarum illæ hominibus admodum & pecori sunt infestæ, hæ fructibus. Elephantes syluas raro egrediuntur, nec quidquam incolis adferunt damni. Hos ita capiunt. Elephantem cicurem aliquis insidens ad proximam syluam agit. Progreditur mox fera, & ad certamen cicuri occurrit, in quo

Terræ fertilitas.

consertis

confertis dentibus & proboſcide, perſiſtunt ita, nec nexum ſoluunt, dentium ictum metuentes. Interim cordatiores à tergo accedunt, & funibus poſteriores feræ belluæ pedes, quam poſſunt artificioſſime colligant, quam interea cicur ille ita conſtrictam tenet, vt mouere ſe, niſi cum certo lapſus periculo non auſit. Captus ita vel fame domatur, dum paullatim feritate depoſita manſueſcat, & tractari ſe patiatur; vel occiditur quoque, & occiſo dentes detrahuntur, quos Chinenſes magni faciunt, & multa inde ad ornatum fabricantur. Piſcium quoque omnis generis hoc loco vberrima eſt captura. forma & ſapore à noſtratibus longe abſunt, inprimis teſtudines, & oſtreæ, quibus vulgus fere victitat. Vt vno verbo dicam, Amaltheę illud Cornucopiæ heic eſt, vel potius paradiſus quædam terreſtris. Incolæ mercaturam exercent copioſam. Malaccenſes & Bengalenſes veſtes eo conuehunt, & pannum è lino: Iauani ſandalum: Borneone camphora, mancipia, cera, & bezoar lapis afferuntur: Sianenſe regnum aurum, oryzam, ſalem, plumbum ſuppeditat: Cambaia mancipia, goſſypium, & precioſum illud aloes lignum aduehitur. Chinenſium merces variæ, immo innumeræ ſunt, tam rudes & illaboratæ quam manufactæ, fila & veſtes ſericæ, varij, ſed flaui vtplurimum coloris, pannus holoſericus, Attalicus, Damaſcenus, vaſa porcellana fictilia, ferrum, cuprum, omnia denique quæ non tam ad neceſſitatem quam ornatum hominum inuenit induſtria. Arma quoque varij generis, gladij inprimis acie optima; quæque

ad suffumigationem pertinent (odoribus enim Chinenses mirum in modum delectantur) è Iapponia apportantur. Ipsi quoque Patanenses ad vicinas insulas & regna (Chinensi excepto, in quod nullus aduena admittitur) excurrunt, variasque inde merces, aromata inprimis asportant. Atque hæ quidem merces importantur: de ijs vero quæ exportantur iam dicam. Iauani, inprimis Tidorenses, oryzam, salem, boues, gallinas, & alia esculenta inde petunt, Malaccenses bezoarem lapidem: Borneonem ferrum, chalybs, cuprum inde portatur: Sianenses piper vulgare & vestes expetunt: in Chinenses regiones piper optimæ notæ, camphora, sandalum flauũ & candidũ, pelles, ebur, bubalorũ cornua, & quidquid eiusmodi est, magna copia transmittitur. Iappones vero ceruornm pellibus, plumbo, & serico è China aduecto, naues suas oneratas domum remittunt. Et hoc quidẽ modo Patanæ mercatura exercetur, quo vix toto oriente nostratibus emporium foret commodius, vnum modo non obstaret. id vero est quod nostrates ibi merces parum expetuntur; præter paucas, quas Sianenses emunt: quin etiam si vel maxime ad Chinam pateret aditus, fructuosior tamen Patanæ futura negociatio videtur. Quidquid enim in China est mercium, paruo inde sumptu (nec enim longe abest) transportari Patanam potest; quin etiam vectigalia, quæ Chinenses sine dubio à peregrinis acerbius erãt exacturi, non ita magna Patanæ soluuntur. credibile etiam est vicinos ad hunc mercatum maiori numero quam antea conuenturos, & merces quas præ ceteris expeti sciunt, magna copia

Patana ad mercatum opportuna.

conue

conuecturos. Apud Sianenses vberrimus est Indigi, quo panni tinguntur, prouentus; nondum tamen eius siccandi rationem tenent, nec magni æstimant. Borneo quoque & Pegu varijs abundant gemmis, quas profecto nostris permutare mercibus non recusabunt. Sed ad rem. Patanæ femina iam, mortuo rege, imperium tenet, cuius iussu Hollandi, monstratis Arabica lingua scriptis commeatus literis, humaniter & amice sunt excepti, statimq; domus eis assignata in qua merces venum exponerent, ac negocia suo more & modo administrarent, exhibito tamen prius donario, cuius præter reginam eiusq; sororem, sex è primoribus singuli partem aliquam acceperunt. Vile quum alijs rebus, tum piperi constitutum erat precium nam piperis Bara quindecim thaleris Imperialibus initio fuit empta; sed mox precium fuit duplicatum. Caussa erat, quod vix cœpta negociatione, aliæ Hollandorum naues superuenerunt: multisque licitantibus, Indi iam multo pluris merces suas æstimare, & à contractu cum prioribus inito resilire incipiebant; sed reginæ æquitas precia rerum moderata est. Hæc raro prodit, ac nunquam fere, nisi vel animi vel negocij caussa aliò profectura, quod tum bis factum, Hollandis eam comitantibus, terrestri primum, deinde maritimo itinere. Incredibile omnibus in rebus erga aduenas vsa est pudore, ciuiliter se excusans quod ad conuiuium eos non vocaret. id enim sibi tanquam feminæ parum decorum fore: ceteris tamen in rebus quibus posset ipsis gratificaturam. Nouem menses, diesque sedecim hoc loco commorat Hollandi, dum merces ceteraque ad re-

ditum necessaria conquirunt, interea quid suis quos ad Macaonem interceptos ante diximus, factum sit cognoscunt: duos scilicet Goam captiuos abductos, reliquis gulam laqueo à Lusitanis fuisse fractam. Impositis iam in naues mercibus, comparatisque ad reditum rebus necessarijs. Neckius 23. Augusti Anno MDCIII. è portu soluit, quibusdam è suis Patanæ relictis, qui merces interea distraherent, deinde cum ceteris qui ibi substiterant ex Hemskerckij classe domum redirent. Patana igitur Bantamum profectus, viginti ibi dies refectioni dedit, inde longum & formidabile iter ingressus, post quadrimestrem fere nauigationem non tam tempestate quam morbi vi nautis pæne omnibus vexatis, multisque in mare mortuis abiectis, ad insulam S. Helenæ, atque inde frustra quæsitis morborum ibi remediis, xv. Iulij Anno MDCIV. in Selandiam peruenit.

Hollandi Patana domum reuertuntur

MAVRI-

MAVRITIADOS
LIBER VI.

Mauritius expeditionem in Flandriam suscipit. Archiducis Alberti exercitum iusto prœlio profligat. Naues præsidiariæ Batauorum Hispanicas triremes vincunt, & nauem prætoriam Antuerpiensiũ captiuam abducunt. Mauritius Rinbercam secundum obsidet & capit: vt & Morsam. Prœlium maritimum inter Lusitanos & Batauos ad Bantamum in Iaua maiori Orientalis Indiæ insula. Ostendana obsidio. Mauritius in Brabantiam expeditionem facit, & Grauiam oppidum capit. Aliud prœlium maritimum, in quo Fr. Spinola cæsus. Mauritius Slusam obsidet & expugnat. Iacobus Hemskerckius Hispanicas naues in freto Gaditano aggreditur & profligat. Induciæ tandem in XII. annos conficiuntur.

Expeditio C. Mauritii in Flandriam.

EXpugnato munimento Santandreano: nihil prius fuit Mauritio Nassouio, quam vt maritimum aliquod Flandriæ oppidum tentaret; Selandorum maxime precibus fatigatus, quibus biremes Hispanicæ, è portubus Dunkercano, Slusensi, & Nuportano egressæ, quotidie multum damni dabant: simul vt Ostendam, cuius excursiones exactionesque incendiariæ, circumpositis castellis septem (Alberto, Isabella, Ianstæno, Grotendorsta, Columba, Plassendal, & Bredena, quæ castellorum nomina sunt) ab hoste ad

ſte ad annum integrum, & quod excurrit, fuerant interclusæ, diutina obſidione liberaret. Multas hæc expeditio difficultates habere videbatur: ſed illam longè maximam, quod ſpes omnis ab inconſtantiſſimi elementi arbitrio penderet. Neque enim vlla commeatuum, niſi maritimo itinere, futura erat copia: magnus quoque metus erat Hiſpanicarum biremium, quæ toto eo mari paſſim volitabant, & moratores, vel à ſuis longius reiectos excipiebant. Animũ tamen illud addebat, quod Auſtriacum & pecuniæ inopia; & militum ob non ſoluta ſtipendia ſeditionibus vehementer angi non ignorarent. Ergo rem potius cum periculo aggredi viſum, quam per ignauiam occaſionem amittendam: ideoque toto Iunio non ex æſtiuis tantum veterani euocati, ſed etiam nouæ copiæ conſcriptæ, naues refectæ, omnia denique in tantam expeditionem quam diligentiſſime apparata. Tandem poſt celebratum ieiunium preceſque publicas, diſcedit in Selandiam Naſſouius, cum ingenti Ordinum federatorum, Principum, Baronum, atque aliorum nobilium comitatu: impoſitoque in claſſem bis mille nauium exercitu, vigeſimo ſecundo Iunij Vliſſinga ſoluit, tenuitque circa meridiẽ oras Flandriæ, inter vicum Aſſenede, & portum Gandauenſem, ad munimentum Hiſpanicum Philippinam; quod ab ipſa claſſis fronte facilè fuit occupatum. Ibi expoſito in terram milite, nauibuſque remiſſis, luſtrat exercitum; equitum bina, peditum octona, ſupra decem millia: cohorteſque circumequitans, *Si quis, inquit, veſtrum eſt, milites, cui non ſunt perſoluta ſtipendia, prodeat in mediũ:*

coram

coram adſunt Ordinum legati, ſatisfacere vobis parati. Illis vero vna voce acclamantibus, Abunde ſibi ſatisfactum, duceret modo, quo vellet, gratias egit perhumaniter. poſtridie, euerſa Philippina, datiſque in dies ſex militi cibariis, Aſſenedam inſtructo agmine contendit, & inde ad vicum Eckeloum: vnde circumducto ad vrbem Brugas exercitu, Oudenburgum verſus, quod etſi mediocriter munitum, diffugientibus tamen ſua ſponte præſidiarijs, vna cum munimento Bredendiquio, Naſſouianis patuit. Ad Seburgum quadraginta naues ſubſtiterunt, quæ commeatum, aliumque caſtrenſem apparatum portabant.

Naues 20. à Sluſenſibus captæ.

Has biremes Sluſenſes aggreſſæ, vento deſtitutas viginti ex eis captiuas abducunt; quumque plures eſſent, quam ab ipſis defendi poſſent, quatuor igne cremant, claſſiarijs ad rudentes damnatis; & cum præda Sluiam contendunt. Dum eo eunt, in nauem præſidiariam Hollandicam incidunt, cui præerat Blancquartus quidam, vir magni animi, quem eo ipſo tempore factis demonſtrauit. Habebat is ſecum claſſiarios circiter quinquaginta, qui ter repulſis Hiſpanis, quorum aliqui iam nauim ingreſſi fuerant, ad extremum vſque fortiter ſe defenderunt. Iam viginti duo ex ipſis ceciderant, ceteri omnes, octo tantum exceptis, grauiter erant vulnerati; nauis multipliciter perforata dehiſcebat: malus excuſſa, antenna deiecta velificandi ſpem omnem ademerant. Admoniti ergo vt ſe dederent, nec extrema experirentur, reſponderunt, malle ſe igne pulueri iniecto, ſeque hoſtemque ſimul vna & eadem flamma inuoluere, & in a-

byſſum demergi, quam lubidini ipſorum ad ſeruitutem morte triſtiorem ſe permittere. Hiſpani, vbi obfirmatos eos viderunt, eos miſſos fecerunt: illi nauim ita laceram in portum Vliſſingenſem reuexerunt, vbi paullo poſt prædictus nauarchus ex vulneribus deceſſit. Dum Brugas cum exercitu (e quo nonnulli ad foſſas vſque vrbis excurrebant) prætergreditur Naſſouius, literas ad Senatum, ceteroſque omnes eorum locorum magiſtratus mittit: Non ſe prædæ cauſſa deſcendiſſe in terram ipſorum; ſed id agere, vt tandem expulſis Hiſpanis, libertas patriæ reſtituatur. Quæ res quum tam ad ipſos, quam ad ſe pertineat: auxilia communia conferrent, & miſſis idoneis hominibus, in medium conſulerent; Ad hæc poſtulata Brugenſes è machinis reſponſum dederunt; ſed ſine vllo hoſtium damno. Aratores & ruſtici, quacumque ibat exercitus, iá ante diffugerant, aſportatis ſecum rebus omnibus. Inde magna in Naſſouiano exercitu alimoniæ orta eſt inopia, ſed maxime potus, adeo vt è lacunis & paludibus putrē ęſtu diffluens miles aquā hauriret. Nihilominus Mauritius per vniuerſū exercitū edixit, ne quis ignem tectis inijceret, aut cuicumq; dedititio, maxime vero muliebris ſexus vim inferret, capitis addita in delinquentes pœna. Sic ergo non ſine magnis difficultatibus Oſtendam peruentum eſt vigeſimo octauo Iunij, diffugientibus ad exercitus venientis aſpectum præſidiarijs è caſtellis Bredena, & Plaſſendael: miſſuſque cum parte copiarum Comes Solmenſis, ad caſtellum Alberti, ſitum in tumultis arenoſis, inter Oſtendam & Nuportum, quod vigeſimo nono Iunij, vt & poſtridie munimentum

cum Snaskercanum, deditionem fecit. Aperto iam aliquo modo itinere, & soluta obsidione Ostendana, itum in Nuportanos est à Nassouio; vbi occupato vrbis portu, expugnatisque castellis, ac munimentis excitatis, in vtraque ripa castra metatus est, relicto à parte Ostendæ, vbi minus ab hoste periculum, Ernesto Nassouio, cum tertia militum parte, reliquo exercitu in vlteriorem ripam traducto. At vero Archidux Albertus, cum vxore sua Isabella, vbi appulsos Nassouianos obsessumque Nuportum accepit: metuens oræ maritimæ, nihil non moliri, vt si non è finibus suis eos exigeret, sisteret saltim effusum eorum impetum, & Flandriæ periclitanti subueniret: quin & magni aliquid gerendi occasio data videbatur. In medio hostium Nassouianos, procul à suis, illinc Oceano, hinc vrbibus hostilibus inclusos: posse eos, interceptis itineribus Ostendanis, si non obrui, certe inedia absumi. Bruxella igitur Gandauũ profectus, tribunos aliquot militũ, in finibus Geldriæ agẽtes, cum septẽ millibus equitum peditumque magnis itineribus in Flandriam contendere iubet; præsidiarios & quidquid vbique virium ex vrbibus euocat: quin & Hispanorum militũ seditionem, numerata aliqua pecuniæ parte, multis promissis, præter Nassouij opinionẽ, sedauit, & precibus atq; obtestationibus tandẽ euicit apud eos, vt exirent in bellum, nec Flandriam florentissimã prouinciã, suis seditionibus hosti turpiter proderent. Ita factũ, vt breui satis magnũ exercitum confecerit: quẽ 19. Iulij non procul Gãdauo recensuit. Ibi Isabella, cuius auctoritas plurimũ ad exciẽdos sedibus suis tumultuantes

Archidux hosti obuiamit.

potuit

potuit, conuocatis tribunis, chiliarchus & centurionibus, *Magna*, inquit, *me spes tenet, fortissimi milites, rem hodie à vobis bene gestum iri. Nam præterquam quod Deus ipse caussæ nostræ fauet, vtpote quæ pro Catholicæ religionis defensione est suscepta: virtuti quoque vestræ omnia facilia mihi promitto. Reuocate vobis in memoriam tot & tantas victorias, tot prœlia feliciter pugnata, sed in primis illud, quod arma feratis ad propugnandam fidē Catholicam, ad tuendam iustissimam regis fratris mei, Archiducis mariti, & meam ipsius caussam: qui omnes huius beneficii quod hodie à vobis exspectāt, haud dubie perpetuam memoriam conseruabunt. Ad me quod attinet: illud persuasum vobis habete, in iis omnibus, quæ nostro nomine Comes Soræus & Augustinus Herrera vobis sunt polliciti, ad assem vobis satisfactum iri: atque adeo potius omnem me mundum atque hunc ipsam etiam inaurem, quam videtis, pignori opposituram, quam committam, vt vanis promissis vos induxisse videar. Et sane quum specto hanc vestram alacritatem & fidem, lubenter obliuiscor omnium laborum & sollicitudinum, quibus hactenus, nuper maxime, nos affecistis. Ite modo, & cum Deo bene iuuante, contra ipsius & nostros hostes, strenue rem gerite.*

Isabellæ ad suos oratio.

Hanc Infantis orationem, vultu ad grauitatē simul & modestiam composito prolatam, magno clamore acceperunt milites: mox displosis tormentis, magnam alacritatis dederunt significationem, ita vt facile appareret, eos aut cum victoria redire, aut fortiter pugnando mori velle. Et illa quidem Gandauum discessit: Archidux vero postridie Brugas exercitum, & Calendis Iulijs Oudenburgum ducit: cui præsidio re-

lictæ erant cohortes aliquot Selandicæ; quæ, moliente inuasionem Archiduce, fecere deditionem, traditaque arce, cum armis suis incolumes discesserunt. Itum denique ad munimẽtum Snaskercanum ab Austriaco, cui præsidio erant cohortes duæ legionis Scoticæ: quæ incolumitatem pactæ, quum & arma sua & munimentum tradidissent, contra datam fidem immanissime trucidantur. Hispani enim, & seditionis culpam magno aliquo facinore, & hostium suorum sanguine eluere cupiebant, & ceteris hac ratione timorẽ se incussuros arbitrabãtur. Quare inuito Archiduce, vt volunt, datam fidem violarunt: sed & huius perfidiæ grauissimas non multo post pœnas dederunt. Post istam in præsidia Snaskercana barbariem 1. Iulij ad vicum Leffinge Hispani proficiscuntur; & inde intercludendis itineribus Ostendanis, recta ad mare. At vero Nassouius vbi aduentare cum magno exercitu Archiducem, amissumque cum Snaskerca Oudenburgum intellexit, ratus, id quod res erat, intercludendis eum itineribus Ostendanis operam daturũ: confestim Ernestum Nassouium, cognatum suum, præmisit ad intercipiendum pontem, inter Oudenburgum & munimentum Albertanum, qua hostibus transeundum erat; aut si minus hic conatus succederet, sistendum saltim hostem: datis in eam rem duabus legionibus, Scotica & Selandica (in quarum singulis mille circiter pedites erant) cum aliquot equitum turmis & tormentis duobus bellicis.

Qui quum ponti intercipiendo iam appropinquaret, præoccupatum vidit ab hoste: cum

quo tamen prœlio decernit, acriter satis & pertinaciter, pro suorum numero, qui multitudine ad extremum obruti, versique in fugam, pauci in castra, Ostendam plurimi peruenerunt: desideratis è suorum numero ad octingentos, duobus bellicis tormentis, & signis aliquot militaribus amissis, quæ Brugas ad Infantem missa, magnam excitarunt lætitiam, & victoriæ spē certā fecerunt. Hæc clades magnā partē in Scotos incubuit; è quibus, præter gregarios milites, multi centuriones ceciderunt, Arturus Stuartus, Robertus Barclæus, Andreas Murræus, Ioannes Chilpericus, Ioannes Michael, Ioannes Strachanus, Hugo Nisberhius: è Zelandis vero, Turquius, Lagrappius, Valrauus, & Gistellus: quorum aliqui, vt & magna pars militum, post conflictum demū, quum iam dedidissent se, fuere confossi. Interea magnis in angustijs versabatur Nassouius. Tandem habito concilio, copias omnes in borealem ripam reducere statuit: sed quum paratum ad manus pontem non haberet, immisit se aliquoties in aquā cum equo, tentatisque vadis, quum facilem esse transitum relabente maris æstu animaduertisset; equites primo & peditum magnam partem per medias vndas, & constructo demum ponte, copias vniuersas in vlteriorem ripam traduxit, atque in litore acie instructa stetit: naues quoque bellicas soluere è portu, atque euehi in altum iussit; vt ita nullam omnino in fuga spem suis relinqueret. Ex alia parte Austriacus & ipse graui cōsultatione angebatur, vtrū scilicet bellum ducere, an recta ire in hostē consultius esset. Diuersæ hic fuerunt sententiæ. quidā enim fortu-

næ.

æ; quæ se eo die tam beneuolã præbuisset, in-
andum dicebant; cuius ea esset natura, vt ple-
úq; quos premere cœpisset, acerrime eos per-
equeretur; & quibus facilem se dedisset, non
acile eos desereret. In magna iã hostes formi-
ine & rerum omnium versari perturbatione:
uorũ militũ animos adhuc recenti calere cęde:
antummodo celeritate vtendum esse, vt hostes,
bsidione impediti, prius opprimantur quã in-
tructis ordinibus in aciem progredi possint: A-
ij, cum hoste desperato non facile confligendũ,
isputabant, cui etiam, ex veteri prouerbio, fu-
ienti aureus pons sit sternendus. Multis in hãc
z illã partẽ allatis rationibus, in hanc sententiã
tum est; Victoria, quã eo die consecuti sint vtẽ-
lũ esse, plus esse in mora quã clade, si qua forte
ccipiatur, damni. Nassouij acies, hoc modo e-
at instructa: Dextræ equitũ alæ præerat Ludo-
icus Nassouius, cum 4. turmis: sinistram Mar-
ellus Baxius, cum totidẽ turmis regebat. Inter
æc duo cornua prima peditum acies in tres co-
ortes diuisa procedebat: in quarum prima &
ecunda legio erat Anglicana, ductoribus Fran-
isco & Horatio Verijs, cum duobus Nassouij &
Hohenloij signis prætorijs; tertiã cohortẽ, quæ
Frisiorum erat, Tacco Hottinga regebat: atque
ta prima vniuersi exercitus acies, octo equitũ
urmas, & vnum supra quadraginta peditum
igna continebat, cui Georgius-Eberhardus Co-
mes Solmensis imperabat. In secunda acie
Fridericus Comes Solmensis, dextrum equitũ
cornu, quatuor itidem turmarum, regebat; si-
nistrum, Gothardus à Balen, cum tribus equitũ
turmis. Inter hæc cornua mediam peditum

Acies Mauritii

aciem conſtituebant legio Valonica (quos nouos Geuſios vocant) cui imperabat Daniel Marquettus; Francica, in duos manipulos diuiſa: quibus additi erant Heluetij. In hac acie, quæ peditum, in quatuor cohortes diſtributorum, ſignis viginti quinque & ſeptem equitum turmis conſtabat, Mauricius ipſe curabat. Poſtremæ aciei præeſſe iuſſus Oliuarius à Tempel. Ei quoque à fronte & lateribus tres equitum circumfuſæ erant turmæ; peditum aciem, ad inſtar primæ, tres faciebant cohortes, in quarum prima legio Germanica Comitis Erneſti Naſſouij, in ſecunda, legio Giſtellana, in tertia, legio Vchtenbroquiana erat collocata; in vniuerſum, tres equitum turmæ, peditum ſigna viginti ſeptem. Cum Mauritio frater erat, ſeptendecim annorum adoleſcens. Eum Mauritius obſecrat, vt è prœlio in locum tutum ſe recipiat: vt ſcilicet ſi quid humani ſibi accidiſſet, ipſius ductu atque auſpicijs Ordines in bello adminiſtrando vterentur: ſed impetrare nihil potuit, quod is eandem cum fratre ſuo chariſſimo ſubire fortunam, adeoque viuere & mori paratum ſe diceret. Interea Archidux ſuam promouet aciem, pari modo fere inſtructam. In fronte Hiſpani, inter quos ſeditioſi omnes ſub vexillo vno (ſua enim ſecum non extulerant) milites veterani atque exercitatiſſimi, ſub tribunis, Caſparo de Sapena, Hieronymo de Monroy, & Ludouico de Villars. In media acie Valones, & Itali, ductoribus Alphonſo Daualo, Barlotta, & Baſtoco Anglo. In extrema acie Germani & Belgæ miſcellanei, ſub Comite Buſquoio, & alijs. Præter hos quatuor peditum millia, ſub imperio

Ludouici

Ludouici Velasci, ad transitum fluminis non procul à pago Leffinga custodiendum fuerant relicta: legiones scilicet Vambergij, Barlemōtij, & Varambonij. Circiter horam vndecimā antemeridianam prima Hispanorum acies apparuit. Mauricius ibi ad suos cōuersus milites opem diuinā primū implorare iubet, inde ita ad virtutem eos cohortatur.

Adesse nunc illos ipsos, qui commilitones ipsorum fortissimos contra datam fidem immaniter obtruncassent. Irent nunc, & commilitonum iniustam cædem strenue vlciscerentur. Audisse se aliquoties gloriantes illos, & iactantes fortitudinem suam: adesse nunc tempus; viderent, ne lingua quam dextris fortiores haberentur, aut verba à factis discreparent. Vtut fuerit, comperturum se hodierno die, num verè existimauerit, esse sibi tribunos, chiliarchas, præfectos, centuriones & milites fortissimos. Irent ergo in hostem bene iuuante Deo, probarent singuli virtutem suam præsenti Imperatori, nec spem de se conceptam fallerent. Post Deum nullam nisi in armis spem esse. Hinc Oceano illinc hostibus clausos exitum nullum habere. Se quidem hodie aut vincere cum ipsis, aut fortiter pugnando mori decreuisse.

Vbi vtrimque plena acie instructi apparuere, nullam dimicandi moram faciunt. Ludouicus Nassouius in hostem prouolans, pugnæ initium facit, & sensim retrocedendo, septingentos hostium equites eo vsque pertraxit, vt machinarum ictibus, quas in litore, loco opportuno, Nassouius collocarat, sese induerent; quibus disturbati, inter tumulos & arenarum colles sese receperunt, relictis in litore tormētis suis,

quæ ad primam displosionem, quum crates affe
resue substernendos non haberent ad manus, fa
tiscens subtus ad tantum impetum arena, inuti
lia atque immobilia reddiderat. Diu anceps hi
peditum fuit pugna; quam equidem nemo faci
le descripserit, quod inter arenarum colles sin
gulæ plerumque cohortes cum singulis, prou
quæque in aliem inciderat, depugnarent. Ian
æstus maris crescẽs, Oceani litus arctabat: quo
quum acies vniuersas non caperet, vterque Au
striacus & Nassouius, suos in locũ commodio
rem, propius ad continentem subducunt, ijsd
seruatis, quantum fieri potuit, ordinibus. Hi
atrox iterum prœlium existit. Pedites Hispan
in Anglos fortissime irruunt: quos ipsi non mo
do excipiunt, verum etiam agunt in fugam
cornibus nudatos: mox tamen ijdem, resumti
animis, Anglos Frisiosque in locum suum retro
agunt: reciprocante aliquoties, pro ratione lo
corum, in vices victoria, & iam tota vtrimqu
acie pugnabatur: quum equites Nassouiani, se
cundã impressionẽ molientes, in fugam, frustr
obnitentibus præfectis, compellũtur. Tum ver
male se habere res Nassouianæ; fluctuare tota a
cies; quin & Frisij dare se in fugam, Frisijsq; de
stituti Angli, vsque ad machinas suas retroagi
& forte fuissent perditæ, si aut in fluctuantẽ aci
em equitatum vniuersum Austriacus immisis
set, aut non protinus secundam aciẽ excitasse
Nassouius, in qua legio erat Valonica: quæ qui
fidẽ suam probare Nassouio, fauorẽq; eius pro
mereri niteretur; fortiter omnino Hispanorũ
impetũ non sustinuit solum, verum etiã repres
sit. Duæ etiã res, prouisæ prudenter, Nassouiani
auxili

auxilio fuerunt. Nam & sol rectis radijs in hostium oculos incurrebat; & ventus satis violens, sabulum, itemque fumum sulfurei pulueris ita in aduersam aciem reiecit, vt omnem oculis prospectum adimeret, & odore tetro de via adhuc anhelos grauiter afficeret. Nassouius interea retinet trahitque fugientes, atque in pugnam ipse reducit, exclamans per totam aciem, obtestansque singulos: Mallentne cum duce atque imperatore suo pugnare in hostem, quam vti inertia pecora, præcipitare se in vastissimum istum gurgitem, atque Oceano submergi? Ita factum, vt breui fluctuantem aciem restituerit. Ex aduerso Archidux obequitans non minus factis & verbis suos ad pugnam exhortabatur, minis, precibus fatigabat, vt restitutis ordinibus prœliũ redintegrarent, nec hosti facilem de se victoriam concederent. Sed ped tes, equitatu destituti, superãte etiã hostium multitudine, Nassouianorum à lateribus incurrentiũ vim non sustinuerunt. Archidux inclinatã suam aciem cernens, quantum potest, integris ordinibus retrocedit: quibus mox hostium pertinacia solutis, omnia fugæ & terroris sunt oppleta: & exinde non pugna, sed cędes fuit. Cecidere ex acie Archiducis cõplures viri illustres: Bastocius Hibernorũ tribunus, cum suis pæne omnibus centurionibus: Ioannes Paulus Gabbius, vigilum inter Italos præfectus, Gabriel Battaglia, Cornelius Mariani, Ioannes Baptista Carilea, Cæsar Calcaneus, Balthasar Suicus, Comes Ferranus, Palauicini Marchionis Comensis filius, Bentiuoli Marchionis frater vnus, & nepos; Bongiouanni eques Melitensis,

Comes Latinus, Prata, Septimius de Fabijs: & quidem ex Italicæ legionis signiferis nouemdecim, sedecim interfecti, duo grauiter, tertius leuiter est vulneratus. Ex Hispanis nobilissimus quisque & manu promptissimus, fuit desideratus: Rodericus, Garzia & Petrus è Toletana familia, Diego Gomesius & alij ad ducentos & quinquaginta, magna omnes militari experientia viri, & fortissimorum ducum animis olim præditi. Inter captiuos præcipui fuerunt, Franciscus Mendoza Admirans Aragoniæ, Ludouicus Vigliar, Caspar Sapena, Comes Salmensis, Diego Didiaqueus, Alfonsus de Castro, Diego de Torres, alijque magno numero. E vulneratis fuerunt Archidux ipse, Dux Aumalius, Alfonsus Daualus, Rodericus Laslus, & alij non pauci. Gregariorum militum ad sex millia cęsa eo die dicuntur. Sed nec incruenta Nassouianis fuit victoria, quorum supra duo millia varijs conflictibus absumpta perierunt: sed saluis interea præfectis, chiliarchisq, & tribunis omnibus: præter Franciscum Verium, tribunum Anglicum, & Gentium, equitum præfectum, grauiter vulneratos: qui breui tamen conualuerunt. Potiti Nassouiani tormentis sex hostilibus; præter duo, quæ paullo ante amissa, recuperarunt: cum centum & tribus peditum, quinis equitum vexillis. Eam noctem Mauritius in loco vbi prœlium commissum erat, transegit: mane exercitum Ostendam versus duxit; ibique pro tam insperata victoria, publice Deo gratias egit. Archidux Brugas se recepit; & inde scriptis ad Orgines Bruxellam litteris, rei gestæ ordinem exposuit. Etsi vero cladem non medio-

Archidux se recolligit.

mediocrem senserat: nihil tamen de solita animi magnitudine remittens, missis in omnes partes internuncijs idoneis, nutantia præsidia confirmat: Nuportanis primum sexcentos, inde mille alios, auxilio mittit, aliaque omnia quæ ad vlteriorem hostium sistendum progressum pertinebant, magna diligentia comparat. Commodum eo ipso tempore Brabantiæ, Flandriæ &c. Ordines indicto in singulos focos tributo, magnam pecuniæ vim conflauerant; qua Archidux adiutus, facile nouum confecit exercitũ. Magnam quidem in hoc prœlio non fortitudinis tantum, sed etiam prudentiæ militaris laudem Mauritius acquisiuit. Nam & locum pugnæ idoneum prudenter ante cepit: & dimissis nauibus; omnique ad fugam exitu intercluso, suis extremam pro vita dimicandi imposuit necessitatem: magna quoque arte & industria machinas collocauit, quarum impetu mirum in modum hostilis acies fuit disiecta: alas etiam equitum vtrimque frequentes disposuit, quæ laborantibus quacumq; in parte opem ferrent: mature denique atque in ipso tempore cohortes suas contra hostem immisit. Sunt tamen, qui quod Maharbal apud Liuium Annibali obijcit, victoria eum minus recte aut prudenter vsum dicant. Si enim quanta par erat diligentia fugientibus hostibus institisset; paucos euasuros fuisse. Sed profecto ijs idem respondere licebit, quod idem Annibal Maharbali, vt Romã confestim cum exercitu iret inuitanti, respondisse fertur, Maiorem viam esse, quam vt eam statim animo capere possit. Longe enim errant qui hoc prœlio ita fractas Archiducis vires fu-

iſſe exiſtimant, vt hoſti quas obijceret nullæ reliquæ eſſent. Ne ergo tantis ſuis laboribus, tanto ſuorum ſanguine partam victoriam noua forte clade obliteraret, exercitum vbi primum commodum eſſet, reducere in Hollandiam, & milites multis laboribus & ærumnis in hac expeditione confectos, reficere conſtituerat: ſed à ſuis perſuaſus, mutato conſilio, in caſtra ad Nuportum reuertitur. cuius quum difficilem & diuturnam fore videret oppugnationem, quod & oppidum à validiſſimo præſidio teneretur, & loci natura multos vndique aditus hoſtibus præberet: decimo ſeptimo Iulij inſtrumentum omne militare & caſtrenſe nauibus imponi iubet, & ad primam marini æſtus refluxum Oſtendam vehi, eo conſilio, vt poſtridie ipſe cum exercitu, ad oppugnandum Iſabellæ munimentum ſubſequeretur. Nuportanam enim obſidionem multis de cauſſis ſibi videbat periculoſam, quod commeatus & itinera Oſtendana (quem locum ſolum in omni illa regione in ſua poteſtate habebat) facile intercipi poſſent: ad Iſabellam vero ſi res minus ſuccederet, tutum habebat & liberum ad Oſtendanos, atque inde in Hollandiam receptum. Poſt dierum aliquot oppugnationem, quum exigua potiundi munimenti ſpes eſſet, quod Archidux nouum exercitum, Barlotta & Friderico Comite Vambergio ductoribus, obſeſſis auxilio miſiſſet, qui loci multis paludibus & foſſis interſecti, opportunitate adiutus, ſine vllo impedimento neceſſaria quotidie ad obſeſſos comportabat: vaſis conclamatis, Flandria excedere decreuit. Dum Iſabella tentatur, Claudius

Barlotta

Barlotta, castra hostium speculans, globo plumbeo per caput adacto, cæsorum in Flandria militarium virorum numerum auxit. Chirurgum fuisse primo ferunt: sed incredibili animi robore, vigilantia, & industria per omnes militarium officiorum gradus ad Chiliarchatum ascendit, & res multas & magnas bene feliciterque administrauit. Eius mors Archiduci tanto fuit grauior, quanto pauciores eius similes viri restabant. Hispanos tamen & Italos eius morte non valde indoluisse ferunt, cuius in factis & dictis libertatem non semel experti fuerant: quippe eo peruenerat arrogantiæ, vt quod ipse non fecisset, raro probaret. Alij tamen Hispanos, qui non facile quẽquam sibi æquari patiuntur, virtuti eius & perpetuæ felicitati inuidisse, & ignobilitatem contempsisse dicunt. Vtvt sit; certe vita militariter acta dignum habuit exitum; & ortum ignobilem, nobili fine clausit.

RINBERCÆ OBSIDIO ALTERA.

Rinberca à Comite Mauritio obsidetur.

QVomodo Mauricius Princeps Rinbercam, quod Coloniensis Episcopatus est oppidũ, VIII. miliaribus Colonia distãs ceperit, supra diximus. Id vero Franciscus Mẽdoza Aragoniæ Admirãs, postea rursus expugnauit, ac valido præsidio muniuit itẽq; paulo post Brabãtię Duces omni cũ Hollandis cõmerciorũ vsu suis interdixerunt. Et Bercenses quidẽ præsidiarij mandatum hoc Principum suorum impigre exsequebantur, nec Rheni tantum nauigationem intercludebant, verum etiam itinera omnia obsidebant, & sæpe amicorum iuxta atque hostium, in quascunque inciderant, facultates deprædabantur. Excursionibus etiam frequentibus vicinas regiones, TransIsulanam, Drentiam, & Tuentiam infestabant, & qui tributum pendere recusassent, immaniter torquebant. Ea res non vicinorum tantum Principũ vectigalia imminuit; sed Hollandis etiam cum primis, qua publice qua priuatim, maximo damno erat & detrimento. Mauritius ergo Nassouius postridie Calendas Iulij cum exercitu viginti millium virorũ, in quo tria erant equitum millia ad Bercã castra ponit: & extemplo naues aliquot bellicas in flumine, paullo supra oppidũ collocat, vt oppidanis terra & aqua aditũ omnẽ intercluderet. Oppido præerat Ludouicus Ferdinandus Daualus, cum magno è varijs nationibus peditum præsidio: equites vero tantum quinquaginta erant, Botbergio ductore.

ctore. Et quanquàm magna vis alimonię & reliquorum commeatuum iam ante esset in oppido: præsidiarij tamen obsidionis iam certi, armenta omnia rusticis & aratoribus erepta in vrbem cogunt, & quidquid possunt, comportant, & naues perforatas demergunt, ne in hostium venirent potestatem, & nihil quod ad obsidionem tolerandam pertinet, omittunt. Mauritius non tantum contra obsessorum eruptiones, sed etiam contra externam hostium vim, castra mirum in modum fossis & vallo, alijsque operibus ita communiuerat, vt facile quantálibet irruentium multitudinem posset sustinere. Nihilominus obsessi aliquoties eruptione tentata, multum damni in castris passim dabant, nec minus ipsi accipiebant, cum cæde suorum sæpe in vrbem repulsi. Præfectus interea Archiducem de suo periculo certiorem facere cupiebat: sed clausis vndique itineribus quomodo id efficeret non inueniebat. Tandem duo sese offerunt, qui nandi peritia confisi, noctis silentio Rhenū traijciunt, & Gelriam aut Stralam, vicina Hispanorum præsidia, petunt. In eos iam iter ingressos quatuor equites incidunt, & eorum alterum, qui à via metu deflexerat, captiuum in castra perducunt. Nihil socij periculo territus alter progreditur; sed & ipse ab equite quodam, quum non satis expediret, vnde veniret, aut quo iter haberet, inuaditur: sed viribus pręualidus, equitem iamiam detracturus erat, nisi eidem alius superueniens opem tulisset. Mox vterque quod transfugæ & desertores essent deprehensi, ad supplicium ducitur. Alter de pœnitentia & fide admonitus, impie in hæc verba erupit: In castris

ſtris quidem parum ſibi eſſe fidei; ſed eam tamen apud omnes caupones & œnopolas oppidi integram ſibi conſtare. Ita ergo vtrique, inſpectantibus præſidiarijs, laqueo gula fracta eſt. Vnius rei inopia vehementer premebantur obſeſſi, medicamentorum ſcilicet, & fomentorum: quę tamen in primis erant neceſſaria, tot quotidie vulneratis obligandis. Nec enim vnquam tormentorum fulmina ceſſabant: tum cuniculi tanta diligentia & contentione agebantur, vt breui ad vrbis munitiones ſit peruentum. Ante vrbis mœnia munitiones quaſdam præſidiarij excitauerant, eaſque hactenus tutati fuerant: quibus ſuffoſſis & vi pulueris diſſipatis, Mauritius demum, miſſo præcone dedi ſibi oppidum poſtulat. Idem periculum iam ciuitatis mœnibus imminebat. Præfectus, etſi initio cum ſuis oppidum ad extremum vſque vitæ ſpiritum defendere decreuerat: viſo tamen periculo, & ſpe auxiliorum incerta, Mauritij poſtulata ſcripto ſibi tradi petit: quibus cognitis, Botbergium cum ITALO quodam centurione in caſtra ad Mauritium mittit; is viciſſim Clutium equitum & Dortium peditum centurionem obſidum loco oppidanis tradit. Poſt multas vltrò citroque latas conditiones, tandem in has conſenſum eſt, vt oppidum dederetur, militibus, nautis aliiſque cuiuſcumque generis aut conditionis, nemine excepto, libera exeundi eſſet facultas, cum armis, ſarcinis, & omnibus impedimentis: neque etiam cuiquam fraudi eſſet, qui ſuperiori tempore Ordinibus militaſſet, aut quocumque alio modo noxam meruiſſet: Præfecto duas machinas campeſtres, cum duobus vaſis pul-

ueris

ueris sulfurei, & quinquaginta globis abducere liceret: MAVRITIVS ad impedimenta, ægros & valneratos vectandos, præstita cautione de restituendo, ducentos currus suppeditaret, ceteris, qui vel vulnerum, vel morbi atrocitate vecturam ferre nondum possent, tantisper dum conualescerent, in vrbe manere liceret; salui postea ad suos bona fide remitterentur: debita omnia, obsidionis tempore contracta Præfectus ciuibus solueret ex iis bonis, quæ antehac ex vi Edicti fisco erant illata: aratoribus etiam & paganis, quibus pecora sunt abacta, vt satisfieret ab Archiduce, idem Præfectus operam daret: ciuibus, qui ad alia loca commigrare volent, tempus semestre concederetur, intra quod de facultatibus suis quod videretur statuerent: captiui vtrimque liberi dimitterentur, vbi pro victu soluissent. Vltimo die Iulij Præfectus cum mille & trecentis militibus egressus, Traiectum ad Mosam est profectus, cum magna sauciorum multitudine: & ex obsessis quidem supra mille desiderati perhibentur, ex obsessoribus vero non pauciores cecidisse, credibile est. Operibus complanatis, Mauritius vrbem diligentissimè præsidio & operibus firmat: ipse copiis in æstiua distributis, vt à tam graui obsidione reficerentur, Hagam Comitis redijt, vbi Ordinum erat conuentus. Sed antequam descenderet, aliquot equitum peditumque millia ad MVRSAM, post Valpurgis Comitissæ mortem à DVCE IVLIACENSI occupatam, ducit; præsidiariis, nisi oppidum continuò dederent, vim interminatus. Præfectus spacium sibi dari petiit,

quo interea quid faciendum ſibi eſſet, à Duce Domino ſuo exquireret : ſed recuſante Mauritio, quod imparem ſe eſſe ad vim tantam ſuſtinentem animaduerteret, neque etiam vt armis ſe defenderet, in mandatis haberet, oppidum & arcem Mauritio dedidit, & cum ſuis exceſſit. Mauritius arcem continuo ita munire cœpit, vt ſi opera perficiantur quæ hodieque incredibili ſumptu fiunt, locus ille vix Antuerpienſi caſtello, aut cuiuis alij propugnaculo ſit conceſſurus. Conrrouerſia interea, quæ inter Ducem Iuliacenſem, & Mauritium Comitem, item Ordines Confederatos eo nonomine eſt excitata, ad Cameræ iudicium eſt delata.

MAVRITIANI
CLASSIARII NAVIM PRÆTORIAM ANTVERPIENSIVM *abducunt.*

INSIGNE Batauorum in remotiſſima orbis plaga facinus & nauale prœlium ad Bantamum commiſſum deſcripturis aliud ab ijſdem ad Antuerpiam patratum, præmittere nobis videtur. Quum Spinolæ triremes (de quo ſupra) remis actæ, Belgarum nauigijs vento deſtitutis valde metuendæ eſſent, atque etiam ſæpe incommodarent: Confederati vnam & alteram ex eodem nauium genere fabricari conſtituerunt; ac tanto magis

magis, quod Hiſpanicæ triremes, magna multarum rerum inopia laborarent, & inprimis remigibus eſſent deſtitutæ. Ordinum & Mauritij iuſſu Dordraci inſignis triremis exædificata eſt, XLXI. paſſus circiter longa, XV. tormentis aheneis, præter alia è ferro, munita, atque aſſeribus ita contignata; vt remiges à ſclopeti ictu immunes eſſent. Ei præfectus datus Iacobus Michaelis; qui primam expeditionem contra Sluſenſes ſuſcepit, & vnam inde nauim captiuam abduxit. Poſtea XXIX. Nouembris ſuperioris Anni MDC. Selandiæ thalaſſiarchus cum præfecto Legerio, cum dicta triremi, & valida claſſiariorum manu, noctis vſi beneficio, Ordamum caſtellum Hiſpanorum prætervecti, circa medium noctis ad Antuerpiæ mœnia appulerunt, & prætoriæ naui ferreum roſtrum ita impegerunt, vt altera ab altera non niſi roſtro deſecto, auelli poſſet. Interim Batavi claſſiarij nauim oppugnant, è qua pars militum, nonnullis interfectis, in flumen ſeſe eiecerunt; & natando ad ripam euaſerunt. In naui duo tantū meſonautæ deprehenſi ſunt, quibus monſtrantibus, vela reperta explicarunt, & ſublatis anchoris, prono flumine delapſi ſunt, duas item alias naues, Bruxellam & Machliniā ad forum commeare ſolitas, ſecum Lilloam abducentes. Tantum hic prædæ repertum quantum in triremis Hollandicæ exſtructionem inſumtū erat: præter L. tormenta varij generis. Batauorum hac audacia Antuerpienſes, tormentorū tonitrua & tubæ, vſitatam illam de Gulielmo Naſſouio cantilenam ingeminantis clangorem audientes, valde fuerunt attoniti: nauis vero præ-

fecto, qui aberat, mulctato, ne quid in posterum tale fieret, melius sibi prouiderunt.

CRACOVIA ARX IN COMITATV MORSENSI CAPTA.

CRACOVIA arx est Comitatus Morsensis, quã Alexander Farnesius Princeps Parmensis Salentino Isenburgio Comiti, hypothecæ, ni fallor, nomine anno MDLXXXVII. tradiderat: qui hactenus eam XV. virorum præsidio conseruauit. Quum vero Pr. Mauritius eam, vtpote legato à defuncta Comitissa sibi facto, comprehensam, sui iuris eam esse contenderet: Iodoco Vitico Clutio Morsensi præfecto & equitum magistro eius siue vi siue astu occupandæ negocium dedit. Is igitur cum CCC. equitum, & mediocri peditum manu, è vicinis Neomagi & Vachtendonci præsidiis euocata, quum VIII. Februarij Neokerkam pagum peruenisset, mane ante lucẽ à Dulckenio Stralensis oppidi gubernatore oppressus fuit, captis fere ad quadraginta equitibus antequam rumor de hostis aduentu ad ceteros peruenisset. Clutius è pago cum suis egressus, vbi hostem aliam semitam ingressum vidit, celeriter eum anteuertit, & loco patente cum equitibus irruens, nullo negocio pedites disiecit & fugauit: deinde in villam proximam confugientes ita cinxit, vt, ad 370. dedere se coacti fuerint: quos tamen omnes, retentis Dulckenio

nio, Goldstænio, & septem officiariis (qui pro reliquorum lytro fideiusserant) dimisit. Hac fortuna defunctus Clutius, IX. Februarij noctu ad Cracouiam arcem peruenit, ac suos per fossam glacie concretam immisit, eorumque opera demisso pensili ponte, portam machina effregit, hocque modo nullo fere effuso sanguine, dedentibus se præsidiariis, loco potitus est.

OSTENDANÆ OBSIDIONIS BREVICVLVM.

BELLVM quod iam triginta & amplius annos in Belgio geritur, vt præstantissimorum ducum & militum fortissimorum semper habitum fuit officina: ita siue vel temporis spacium, vel magnitudinem sumtuum, vel audaciam obsessorum, vel obsidentium pertinaciam spectes, pauca in omni illo reperias, quæ cum hac quam summatim describere aggredimur, obsidione comparari possint. Non obstat loci obscuritas, qui cum antea vilis fuerit pagus, non ita multa piscatorum habens gurgustia, iam omnium etiam exterorum sermone celebratur. Fatalis profecto locus, in quo euidenter apparuit, consuetudine quadam & vsu quæ ducunt ad mortem, & mortem ipsam contemni posse. Sed ad rem ipsam.

Ostendæ descriptio.

Ostenda igitur oppidum est Flandriæ maritimum, tribus miliaribus Neoporto, & quatuor horarum itinere Brugis distans. Pagus primum fuit, vt diximus, piscatoribus inhabitatus, sed initio huius belli ciuilis ab Ordinibus loci sequutis opportunitatem, leuibus primum, è palis scilicet & longurijs, deinde firmis operibus & vallo muniri cœpit. Fluuio alluitur, Ipperlæa nomine, qui vbi in mare exit, sinum facit, & portum, recipiendis nauibus idoneum. Oppidum ipsum amplum satis est, quippe cuius mœnia vix horæ spatio circumiri possunt. Incolis tam frequens quondam fuit, vt ad tria ciuium millia numerarentur: qui quum primum obsideri cœpit oppidum, ad ducentos circiter & quinquaginta erant redacti. Sæpe à multis frustra tentatum est, & à Duce Parmensi (cuius tamen virtuti & singulari felicitati pæne omnia procliuia fuerunt) & à Lamotta, Greuelingæ præfecto: quorum hic quum veterem iam ciuitatem occupasset (quæ pars est oppidi litori proxima) inde rursus non sine suorũ strage est eiectus. Sed paullo post quam serenissimus Archidux Albertus Caletum primum Gallis, deinde Hulstam Hollandis extorsisset, mirum in modum munitiones eius creuerunt. Nam duplici vallo & duplici fossa vndique cinctum est: quorum ea est altitudo & profunditas, vt non facile superari possint, si vel à mediocri propugnatorum numero defendantur. Qua mare spectat, nudantibus se æstu recedente arenis, infirmius aliquanto est: sed paucarũ horarum id periculum est, & idem æstu rursus, vt fieri statis horis semper amat, oppugnantibus

bus maxime formidabile . Portus ad occidentem æstiuum se porrigit , non altus ille quidem , aut multarum capax nauium , tutus tamen . Præter hunc vnda marina vi in terram irrumpens, canalem oblongum fecit, vltra viginti passus latum, & profunditate vel magnorum nauigiorum patientem; per quem ceu perennem fluuium naues quouis tempore exeunt & ingrediuntur. Tanto opportunior est, quanto breuior inde in Selandiam, siue Mattiacas insulas, Galliam & Angliam est traiectus. Angliæ reginæ Ordines confederati vna cum Vlissinga, Briela, & Seburgo arce (Rameken alio nomine vocant) hypothecæ nomine oppidum iam olim tradiderunt; eaque hactenus semper è suis præfectum eo misit , cum magno Anglorum & Hollandorum præsidio: quod Flandria ad regis obedientiam reuersa, vicina omnia longe lateque infestis excursionibus quotidie vexauit, & immania tributa non pagis tantum & villis, sed oppidis quoque nonnullis extorsit. Quocirca Flandri sæpe multis precibus apud Archiducem institerunt, vt spinam hanc è pede Flandrici leonis euelleret ; promissa ad obsidionem magna vi pecuniarum . Albertus ergo primum oppido castella multa circumponit : inque eis perpetuum præsidium ad cohibendas oppidanorum excursiones collocat: quorum defensio, vt quidam scribunt, nonagenis aureorum milibus in singulos menses constabat. Sed quum ne sic quidem satis tutam esse Flandriam ex ea expeditione , & quod hanc sequutum est, cruento prœlio, quod anno M D C. Iubilæo ad Neoportum commissum est (neque

enim in Flandriam Mauritium nisi Ostendam haberet vnquam tunc descensurum fuisse credibile est, in qua si quid aduersi accidisset, spes ei omnis erat) quum inquam, ne sic quidem à prædatorum excursionibus satis tutam esse Flãdriam Archidux animaduertisset: tandem summis viribus Ostendam oppugnare decreuit. Et oppugnatio quidem, primum admoto exercitu (quod fuit die XXV. Iulij, Anno M D C I.) non omnino facilis, possibilis tamen credebatur. Nam primo fere impetu obsessis Archidux portus veteris vsum eripuit, & actis propius munitionibus, iam vallo imminebat: sed illi continuis laboribus & nouum sibi portum aperuerunt, & oppugnantes ea parte aggerum perforatione ita summouerunt, vt iam ibi oppido maius ab vndarum impulsu quam hostium insultu, periculum immineret. Ad huius obsidionis famam Angli & Ordines confederati præsidium ad eum auxere numerum, vt iusti exercitus speciem haberet (ad octo enim milia fuisse dicuntur) tum omnia ad obsidionem tolerandam necessaria præter maximam vim commeatuum, tormenta, currus, ligones, palas, marras, secures, malleolos, quæque alia sunt instrumenta militaria, magna copia eo comportari iusserunt; quod tum quidem non omnino factu erat difficile, munitionibus nondum eo perductis, vt nauibus valde noceri posset. Ceterum quia supra castellorum, quibus veluti cõpedibus oppidani antehac continebantur, facta est mentio, nomina heic eorum apponere visum est, vt si quid forte deinceps eo spectãs dicetur, tanto facilius possit intelligi. Remotiora paullo fue-

Ostenda obsideri cœpta.

lo fuerunt Neodammum, Leffinga, Snaskerka, Altenburgum, Neouegia, Numunsterũ, Bläck-berga, à rusticanis magna ex parte hominibus inhabitata, adiuncto ad eorum defensionẽ mediocri præsidio. Ab oppido propius aberant, Santalbertum, Isabella, Grotedorsta, Sanclara, vel Ioannistænum, Columbia, Bredena. inter hæc Bredena quidem maximũ, Isabella vero munitissimũ, & oppido proximũ erat. His velut in hemicycli formam circumpositis, Ostendæ latera terram spectantia includebantur: prędatores tamen nihilominus etiã obsidionis tẽpore per notas semitas elapsi, Brugas vsque atq; ad alias partes excurrebant, prædã de captiuis agentes. In oppido rerũ summa Francisco Verio, Anglorũ Ordinibus militantũ tribuno, equiti notæ fortitudinis, erat cõmissa, qui extra mœnia locũ commodũ conspicatus, magna diligentia suos eum munire, tumulos etiã quosdam, vnde aliquid periculi futurum videbatur, complanare iussit. Vix iam fossæ ab Hispanis ductæ erant; quum oppidani eruptione facta ad ipsas acre certamen committunt, in quo Monroius castrensis apud Hispanos præfectus occisus, & Augustinus Mexia, Antuerpiensis castellanus est vulneratus. Præter hostem, difficilis admodum Hispanis erat cum paludibus locisque vligine ac cœno plenis pugna: quo fiebat vt neque oppidũ commode oppugnare, neque suis laborantibus auxiliũ ferre possent. tanto hoc maius erat incommodũ, quod ad vias per loca illa palustria muniendas materia non ita suppetebat: quæ tamen aliunde incredibili sumtu est conquisita. Accedebat,

Castellorũ nomina ad Ostendam.

quod maris fossas inundans milites è stationi-
tionibus sæpe vel expellebat, vel madentibus
vires & animos ad sui defensionem minuebat.
persistebant nihilominus, & magna cum oppi-
danorum admiratione, etiam qua nemině venturum suspicio erat, munitiones quotidie, vineas & crateis agebant. Erat vero, vt quidē nonnulli scribunt, hæc castrorum ratio. Ab occasu munitiones Hispanorum ad hemicycli vsque propugnaculum ab obsessis excitatum pertingebant: tumulis vero vel arenarijs collibus illa parte sex vel octo propugnacula erant super imposita, ita vt alterum altero altius veluti gradatim emineret, & inde tamquam è superiori loco subeuntes commode excipi possent.

Castrorū ad Ostendā ratio.

Hinc sepimentum militare ad vaccarum vsque pontem immenso trecentarum perticarum interuallo excurrebat, vallo & tormentis optime instructum contra antemœniana Anglorum castra, qua Grotedorstam & Isabellam spectabant. Pars huius australis in iter desinebat, quod ad hæc ipsa propugnacula, & Brugas ducit. Ad finem huius sepimenti inter Grotedorstam & Anglorum sub oppidi muris stationes, propugnaculum exstruxerant Hispani, tribus tormentis formidabile: reliquum spacium vineis & fossis continebatur. ab eadem plaga aliæ munitiones occidentem versus porrigebantur, quibus & oppidanorum trans Ipperlæam stationes habentium conatus reprimeretur, & nauigia Brugis in castra commeantia tuta præstarentur. Ad orientem vero inter arenarios colles magni operis muuimentum incredibili labore fuit

prrfe-

perfectum, vnde postea nauibus in portum ingressuris precipua damna illata sunt: quorum nonnullis tormentorum vi depressis, mirum est quanta primum inter nautas consternatio sit orta, adeo vt Ostendam magis, quam Charybdim aliquã aut Scyllam metuerent, ideoque ægre, vt eo proficiscerentur induci possent. Vicit tamen terrores omnes auri amor & amplæ mercedis cupiditas: & vsus postea, vt fit, consuetudoque plane eleuauit, & contempsit. Iam mensis September erat, & octauus dies, quo Deiparæ virginis natalis celebratur, instabat. Eo Catrius, castris summo cum imperio ab Archiduce præfectus, oppidum iam multa verberatione concussum oppugnare decreuerat, apparatu ad oppugnationem necessario, scalis inprimis, & pótibus magno numero comportatis. Ea oppugnatio infelicem habuit successum, multis interfectis; ipseque Catrius paullo post globo ictus, vitam simul cum imperio abiecit. Biduo post x. Septembris, Castillonius, è Gallica nobilitate vir primarius, qui magnam militum manum Ordinum adduxerat, eodem mortis genere perijt, eiusque legatus lethale accepit vulnus. Non tamen hæc res absterruit, quo minus tam in castra quam in oppidum etiam Principes viri, nulla necessitate, sed animi tantum & disciplinæ atque artis militaris discendæ gratia, frequenter commearent: inter quos fuit Vlricus Holsatiæ dux, Daniæ regis frater, qui xv. oppidum vna cum Hohenloio Comite ingressus, magna cum admiratione munitiones perlustrauit. Eodem ex Anglia Northumbriæ Comes, Cassellius, alijque nobiles quatriduo post appulerunt:

Catrius & Castellonius occisi.

quum pridie Franciſcus Verius, qui ad vulnus curandũ in Selandiã conceſſerat, eodẽ redijſſet. Omnes illi vnde venerant ſine damno quidẽ, non tamen ſine periculo reuerſi, id iã prædicare poſſunt tam celebrem obſidionem ſe vidiſſe, & quodammodo interfuiſſe, non vero Vchtenbroquius, conſul Vltraiectinus, quem peſtis tormentis excuſſa vigeſimo ſecundo huius menſis die afflauit. Tanta enim machinarũ vi certabatur, vt non pęne toto menſtruo ſpacio quinquagies mille magni ponderis ferreæ pilæ in vrbem, econtra vicies mille ex vrbe in caſtra contortæ ferantur. Inde velim æſtimet lector quã magnum numerũ tam frequens grando percuſſerit. Non addo quot naues hoc vel illo die in portũ ſint inuectæ, quot ictus exceperint, quot declinauerint; huic brachium, illi pedem, alij caput ablatum; & ſi quæ talia ſunt vſitata & quotidiana obſidionum ſpectacula. Menſis Octobris initio, inclinata iam in hyemẽ anni tempeſtate, augeſcentiũ aquarum vis, impellente etiã vento, aggerẽ, quem ſupra perforatum diximus, magna ex parte ſubruit, ſecumque in mare deuexit; ita vt tum à vicinis moleſtis admodum ad eam quidẽ plagam obſeſſi liberati ſint, Ea nocte quæ decimũſextũ diẽ eſt ſubſequuta, Hiſpani ductore Comite Buquoio, in hemicyclũ vel ſemilunare propugnaculum propę Vaccarũ pontẽ irruerunt, & expulſis defenſoribus occuparunt, miſſo interim audaci homine qui pontem ſuccenderet: ſed nec illi quod occupauerant diu tenere, ob loci incommoditatem, nec heic oppreſſus ab oppidanis quod inſtitue-

Item Vchtenbroquius.

rat

at potuit efficere. Circa vigesimũ quintũ diẽ
um nouilunio æstus decumanus crateis quas-
ã Hispanorũ, quod arena expletæ non essent
bripuit: ijs tamen quæ propius canalem fir-
natæ anchoris & concatenatæ stabant, illæsis
& immotis. eas paullo post nautę oppidani
ymbis aduecti, incisis funibus, & anchoris
ublatis, fluctibus quoque commiserunt. Tan-
a hæc fuit inundatio, vt depressiora loca om-
nia sesquimiliaris spacio longe lateque tene-
ret. eadem oppidi propugnaculis mari obuer-
sis, Porcepicco præsertim (nomen id ab eri-
nacei figura, cuius stimulos vnci vallo contra
ascensum frequentes infixi repræsentabant)
plurimum intulit damni, fundamentis humo-
re corruptis. Multa iam hyeme obsidionem so-
lutum iri obsessi sperabant, tantoque alacrius
pericula omnia & labores excipiebant: verum
vbi castra quotidie & exercitũ augeri, ædifi-
cia & casas passim exstrui, plures apparatus,
omniaque quæ ad militum hyberna pertinent,
comportari viderunt, sibi quoque hyemem
illam per delicias minime transigendam fore
facile coniectabant. Difficilis iam erat per an-
ni tempestatem nauigatio; nec commeatus
tantum inopia, verum etiã morbis & frigore
præsidiarij laborabant, quorum insuper tan-
ta erat paucitas, vt vix mille & quingenti qui
per valetudinẽ arma ferre possent, restarent,
plurimis non tantũ hostili vi, sed etiã peste
indies absumptis. Quare Archidux vetus op-
pidum cuius occupatio facilior videbatur, op-
pugnari iubet. Hoc consilio è captiuis cog-
nito, Verius suorũ viribus diffisus, legatos ad
Archi-

Archiducem in castra mittit, qui inducias impetrarent, vt interea de conditionibus dedendi oppidi transigi posset. Obsidibus vltro citroq; datis, obsessi dies aliquot ad deliberandum petunt. Annuit Archidux, & liberaliter omnia pollicetur. Ita ergo dum per dies aliquot de conditionibus disceptatur, de industria tempus extrahente Verio, multoque plus petente quam concessum iri sciebat, arma cessant, milites cógrediuntur, colloquuntur: totum litus vndique spectatorum multitudine, qui è varijs Flandriæ locis affluebant, completur. Interea quinque naues è Selandia militem & commeatum portantes, in portum inuehuntur: quarum aduentu recreatus Verius, ciuilibus verbis apud Archiducem se excusat: Grauibus de causis, atque adeo summa necessitate compulsum se ad hanc tractationem descendisse; ceterum interea dum de conditionibus & articulis, quibus se & oppidum serenitatis suæ fidei permissurus erat, disputatio habetur, naues aliquot aduectas cum earum rerum copia quarum ante penuria laborasset. Quocirca nisi honorem & existimationem suam lædere, ac iustam eorum à quibus oppidum defendendum susceperat, indignationé vellet incurrere, non posse se in actione cœpta, nulla iam vrgente necessitate, progredi; sperare nihilominus & hoc ipsorum factum serenissimum Archiducem bonam in partem interpretaturum, & in posterum, si forte ad benignitatem ipsius iterum confugere coacti fuarint, nihilo asperiores eis conditiones propositurum. Redditis obsidibus, multo quam vnquam antea vehementius arma vtrimque exercentur: & Archidux

chidux vbi deceptum se vidit, oppidum summa vi quamprimum oppugnari iubet, quod non multo post, septimo scilicet Ianuarij sequentis anni cum vtriusque partis grauissimo damno factum. Postquam toto eo die amplius bis mille ictibus vrbis munitiones essent concussæ, vesperi diuersis locis Hispani oppidum inuadunt. Veteris oppidi oppugnationem Itali aggressi sunt, duce Comite Tristano, quorum tanta virtus fuit & pertinacia vt per densissimos telorũ omnis generis imbres iu vallum eius loci (Sãdhilam vocant) enixi, iam oppido potiti viderentus, nisi Verius cum fratre Horatio laborantibus auxilio accurrens, non sine magna vtriusque partis cæde, eos iterum submouisset. Comiti Buquoio orientale propugnaculum oppugnandum obuenerat: sed quum fossæ ibi altior esset aqua quam vt à militibus traijci posset, in propugnaculum semilunare prope canalẽ vim conuertit. Porcepicco Dixmudæ imminebat gubernator: occidentale vero latus alij tentabant, ita vt veluti corona vrbs inuaderetur. Pugnatur vndique acerrime, his in mœnia enitentibus, illis è superiori loco subeuntes deturbantibus: it cœlo clamorque virum, clangorque tubarum, præsentemque viris intentãt omnia mortem. Illis qui maritimam partem oppugnant æque difficilis cum fluctibus quam cum hostibus fuit lucta. Aestu enim recurrente consistendi facultas non dabatur, ac si vel paullulũ morati essent, periculum erat ne fluctibus interclusi ad suos nullum haberent receptum. Ita hac quidem parte certamen intermissum fuit; sed & alibi milites vtrimque priorem illũ

pugnandi

pugnandi ardorem valdè remiſerant, & loca tuta circumſpiciebant. Magnus vtrimque fuit cæſorum numerus: inter quos maximæ erat admirationi Hiſpana femina iuuencula, quæ in primis ordinibus pugnans (aduerſa enim vulnera aliquot corpore acceperat) occubuit, raro; non tamen inaudito exemplo. Multum obſeſſos iuuit, quod pridie futuræ oppugnationis indicio ſiue per exploratores ſiue per transfugas cognito, diligenter omnia ad ſui defenſionem præparata, in primis vero tormenta commodis locis diſpoſita habebant; quibus immane quanta edita fuit ſtrages. Ex Italis Ludouicus Gambelottus cecidit, magni nominis eques Rhodienſis: ceterorum qui tam in vrbe quam extra deſiderati ſunt, non facile numerum quis inierit, eam cum primis ob cauſſam quod rediens æſtus non pauca ſecum in mare deuoluerit cæſorum cadauera. Multum hic conflictus obſeſſorum quoque vires attriuit, quas tamen paucis diebus poſt ſubmiſſa è Selandia auxiliu, Marquetto ductore, ſuppleuerunt. Inter telorum genera quæ vtrimque contorquebantur, erant candentes globi maxime formidabiles, à quibus tamen obſeſſis tanto minus erat periculi, quod ſublimioribus ædificiis omnibus deiectis in gurguſtiis habitarent, ipſi vallo pænè contiguis quo defendebatur, ac ſi vel maxime vnum deflagraret, modo incendium latius non ſerperet, parum facerent damni. Proximo aſſultu edocti obſeſſi qua parte oppidum eſſet maxime infirmum, diebus noctes in opere continuabant, non tantum veteres ruinas inſtaurantes, ſed noua etiam opera molientes. Foſſorum munera mi-

Femina inter cæſos reperta.

les

les explebat, mercede præſentanea pellectus, ita permutatis vicibus vt nocturno labore perfuncti, à diurno poſtea quieſcerent, & viciſſim. Interea naues commeare non ceſſabant; quarum tamen nonnullæ vel in hoſtile litus tempeſtate eiectæ, aut per errorem appulſæ, Hiſpanis prædæ fuere, non paucæ machinarum vi perforatæ naufragium fecerunt. Toto hoc tempore vtraque pars in eo vnice elaborabat, oppidani quidem vt tutum nauibus commeatum ſeruarent, Hiſpani vt eundem obſeſſis intercluderent. Qua in re immanes vtrimque ſumptus fiebant, & ingens mortalium numerus quotidie Marti & morti pignerabatur. Vtriſque perpetuum cum mariuis fluctibus erat bellum, ſed maxime obſeſſis, tantoque difficilius quod omnis materia ad cohibendos aquarum impetus è longinquis locis eſſet apportanda, tigni, aſſeres, trabes, longurij, pali, virgarum faſces, alia: vixque refecti aggeres, nouo ſuperueniente æſtu, rurſus dehiſcere ac vitium facere incipiebant. Verum quem deditionis conſilia, quamuis ſubdole, agitaſſe ſupra memorauimus, Ordines menſe Martio ad obſidionem Grauienſem euocarunt, qui egreſſus, Dorpium, Dortium, Marquettum, & Edmondum, Belgas illos, hunc Scotum pro ſe res adminiurare iuſſit. Magnis multiſque incommodis quotidie obſeſſi diuexabantur, hoſte continuis iaculationibus ita omnia infeſtante, vt nullibi tuto conſiſtere daretur; nec eſt vt quis exiſtimet duriorem quam obſeſſis fuiſſe obſidentium conditionem, quod illis melius contra hyemis & frigoris iniurias

eſſet

eſſet prouiſum. Aeque enim ſub tentorijs aut in caſulis male rectis habitabant, vt plurimum ſine Veſta & foco. quin tanto miſerius obſeſſi affligebantur, quod oppido incluſi, præſentibus tantum quæque aduehebantur, vti neceſſe haberent; obſidentibus vero excurrere; ac veluti extra caueam libere vagari, & quibus indigebant, plenis mercatorum & poparum caſtris, conquirere liceret. Ea re fiebat vt multi indies ex oppido transfugerent: nec deerant qui è caſtris viciſſim ad oppidanos ſe recipiebant, quos ſcilicet vel pœnæ metus; vel ſperata proditionis merces, vel rerum præſentium tædium, vel denique animi leuitas inſtigabat. Nec deerāt occaſioni Hiſpani, ſed alligatis ad ſagittas litteris, & in oppidum miſſis, præſidiarios magnis promiſſis vt ad ſe tranſire vellent, ſollicitabant: ſtipendia militare cupientibus, cōmeatum & viaticum domum redituris non defutura. Intercludendæ nauigationi non procul à canali per quem vnum eumque ſatis anguſtum, veteri portu obſtructo, aditus in oppidum patebat, multa artificioſiſſime excogitata & adhibita ſunt inſtrumenta, quæ vt inuentione ac forma noua fuerunt, ita quoque noua, & à Latinis auribus abhorrentia nomina ſortitā ſunt. Fuit qui trabes, dolia aliaque id genus catenis firmiſſime deuincta in os canalis immiſit, vt supernè fluitantia & anchoris firmata ingreſſum nauibus prohiberet. Sed nullius fructus hoc fuit commentum, nimiſque debile quam quod tantę fluctuum vehementiæ, mari præſertim turbulento, obſiſtere poſſet; ac ſi vel maxime contra fluctus durare potuiſſet,

Boucisses de Boulogne.

nautæ-

habitarum & præsidiariorum iniurijs erat expositum; quibus facile erat solutum opus vel in oppidum pertrahere; vel mari & fluctibus ludibrio dare. Maior spes erat alio in opere, quod à figura planæ formæ nomen acceperat. Tumulus erat è terra & arena in miram altitudinem congestus, loricis tam firmis vt vel maximorũ tormentorum globis vix labefactari possent. Sed quis huius quoque fuerit successus, infra dicetur. Lues tum pestilens in oppido vehementissime grassabatur; cuius caussa fœtor putabatur è semisepultorum cadaueribus (nec enim omnes humo condi poterant hoste tam propinquo & solo nimis vliginoso) exhalans, aere alias minus salubri. In magna militum paucitate obsessis tum saluti fuit; quod Hispani in Grauia à Mauritio obsessa liberanda satagebant; ac magna veteranorum tam equitum quam peditum manus, ob non soluta stipendia imperiũ, vt supra exposuimus, detrectans, secessionem fecerat. etsi itaque ea æstate obsidio magis fuit quàm oppugnatio: Hispani tamen neq; in perficiendis munitionibus tempus vllum intermittebant, & hostem ex occasionibus promptissime assiliebant. Edocti à transfuga suburbana obsessorum opera parum firmo præsidio teneri; noctu recedente æstu loricas magna vi inuadũt; & occisis partim, partim in oppidum diffugientibus præsidiarijs, loco potiuntur; moxque expeditis marris & ligonibus munitiones contra obsessos agere instituunt. Magnam hic prudentis & fortissimi ducis laudem Comes Buquoius est adeptus: & obsessis intra oppidum compulsis, omniũ per Flandriã animi, ad quos

Planæ formæ.

ea res inprimis pertinebat, in certiorem oppidi potiundi ſpem ſunt erecti. Contra oppidani non minus impigre vallum eo ipſo loco obiecerunt. Ita hic quidem ad Oſtendam per vulnera & cædes, artes & machinationes incredibilis tranſactus eſt annus, dum hi de retinendo, illi de expugnando oppido laborant. Quanta vero vis vtrimque fuerit adhibita, inde conijci poteſt, quod ab initio obſidionis ad Calendas vſque Martias ducenta quinquaginta ferreorũ globorum, tricenum ſenum, quidam etiã quinquagenum librarum pondo, in oppidum miſſa ſunt, exceptis minoribus & ſaxis, quorum numerus ex illo conijci poteſt. At occiſorum numerum quis ineat? Ponunt alij, credo tamen magis poetarum quam hiſtoricorum more.

Hyeme tam in oppido quam in caſtris per graueis militum ærumnas tranſacta, & vere iã appetente, magno animo, magnis viribus illi oppugnationem rurſus aggrediuntur, hi defenſionem ſuſcipiunt: ſed inprimis vigeſimo Martij Hiſpani ſine vlla pæne intermiſſione in oppidum fulminarunt. ictus hos irritos non fuiſſe ex eo quis colligat, quod vno nouem milites interfectos, etiam ipſi obſeſſi ſcriptis prodiderunt. nihilo ſegnius tamen ſuam ſtationem quiſque tuebantur. Commeatu iam pæne omni per hyemem conſumpto, nautæ magnis pręmijs ad nauigandum excitantur. Tergiuerſabantur enim quibus vita auro carior: at contra meſonautæ alijque, ſpe lucri propoſita quouis poterant impelli. Ita non deerant qui cõmeatum oppido inferrent: quod toto menſe

Martio

Martio factitatum, quo plusquam quadraginta naues, vario apparatu onustæ, in portum & oppidum saluæ appulerunt. Mense Aprili tanta vis ventorum subito exorta est, vt ædificia ante semidiruta, plane conuulsa sint, & turris è templi fastigio deiecta non sine vicinorum damno in solum deciderit. Vix sine horrore aspici poterat fluctibus spumescentibus tumidũ mare, qui in partes oppidi mari obuersas magna vi illisi, iamiam ipsum oppidum submersuri, aut à fundamentis concussuri videbantur. vidisses heic milites magis sollicitos quomodò contra tam brutum & turbidum elementum, quam contra hostium assultum se domiciliaque sua tuerentur: verendumque erat ne mox sedibus suis innatarent. Vento paullum remittente: Hispani oppidum, & eas præcipue partes quæ ad orientem ventorum ac fluctuum impetu labefactatæ nonnihil & concussæ erant; propugnaculum itidem occidentem spectans, inuadunt, palos euellunt, per aduersa enituntur, contraque hostem audacissime conferunt manus; sed non minori virtute excipientibus eos oppidanis, tandẽ receptui canunt. Extemplò ob fessis iã omni periculo defunctos se existimantibus, Polderanũ propuguaculum corona inuadunt, coniunctis viribus effecturi, quod diuisis efficere nequiuerant. Quo in conatu fortuna magis propitia eos respexit, propugnaculo occisis omnibus præsidiarijs potitos. Tormentorũ faber heic deprehensus postero die in furcã nescio quã ob caussam actus est. Die sequenti cladẽ hanc vlturi & amissa recuperaturi oppidani magno numero eruptionẽ faciũt; sed fortiter ab

Polderanum propugnaculũ ab Hispanis capitur.

Hiſpanis reiecti, vnde venerant, re infecta redierunt, non tamen omnes. Inter multas cruenta admodum hæc fuit pugna, nec exigua obſeſſorum iactura, quorum ceruicibus hoſtes indies propiores facti imminebant: ſed ſpes eos nouorum auxiliorum è propinquo ſolabatur, quæ niſi mature aduenifſent, non ita fortaſſis æquo animo damnū hoc laturi fuiſſent. Animaduerſum heic eſt, magnum vno in oppido munitionum numerum magis obeſſe quam prodeſſe, quod & vires diſtrahantur, & vno amiſſo, reliqua in periculū quoque deuocentur. Quod tum obſeſſis accidit: qui hinc inde ad aliorum defenſionem ſparſi, magnum impetum ſuſtinere non potuerunt. Hac fama ad Ordines & Mauritium perlata, ſuppetiæ iam ante decretæ accelerari iuſſæ ſunt. Ita nauibus impoſiti milites quum in oppidi conſpectum perueniſſent, in lembos deſcenderunt, & idoneam nacti tempeſtatem per media tormentorum tonitrua in portum diuerſis vicibus inuecti ſunt, vt & cōmeatus. Minora enim nauigia & commodius agebantur, & ictus facilius vitabant; ac ſi quæ forte in hoſtium manus incidiſſent, non ita magnam afferebant iacturam. Sed & maiores naues portus non ita altus, ob frequentia vada & breuia vix ferebat aut patiebaaur. Luſtratione 11. Maij die facta, octoginta militum ſigna recenſita ſunt: quumque tantæ multitudini alimonia, ſed inprimis potus non ſufficeret, non tam cōmeatuum inopia quam auaritia propolarū, qui merces omnes ab inſtitoribus ex Anglia, Gallia, & Hollaudia aduectas continuo numerato precio ſibi præſtinabant, eaſdem deinde militi quanto

quanto liberet venditurí; lex lata est vt ne cui vllas merces ex illo hominum genere venundare liceret, quæ non prius integrum diem venum fuissent in publico expositæ. Alia item ad militarem disciplinā pertinentia tum constituta sunt: vt scilicet omnes lusu & alea abstinerent: qui cum imperio erant vinolentiam & ebrietatem fugerent, eo præsertim tempore quo ordo eos ad excubias & vigilias obeundas vocaret: qui vero neglecto hoc mandato ebrius esset deprehensus, inter capite minutos haberetur, ac nullo esset loco. præmium etiā quinquagenum florenum ei propositum qui fugitiuum retraxisset. Circa hoc tempus nauale illud prœlium, in quo Fridericum Spinolam cecidisse supra diximus commissum est: qui si victoriam obtinuisset, credibile est commeantibus minus facilē & expeditam futuram fuisse nauigationem, qua vel ad modicū tempus interclusa, necessitas oppido sine vllo telo (quanquam quod telum hoc durius?) iugum erat impositura. Disputant nonnulli, an prudenter fecerint qui tantos sumptus in locum opportunum quidem situ, sed operibus iam ante circumsessum, ac nemini nisi prædatoribus fructuosum, impenderint, simul præcipuo veterani exercitus flore extincto. Audio quidem de relinquendo oppido Ordines consilia agitasse, sed defendi placuisse. Obsidionis quoque, præsertim quū primo lente omnia sub manus succederent, nonneminem ex altera parte pœnituisse, fama est, cui ego nec derogo quidquam, neque adstruo. Illud certum est, si confederatos quis spectet, sterili tantum de puluere pugnam fu-

isse: ceterum quanti ad res alias interfuerit, alijs disceptandum relinquo. Sed in magnis certaminibus ita comparatum est, vt victoria quantolibet precio bene empta existimetur.

Sed ad Ostendam redimus, ad quam tormentis, gladijs, cominus, eminus, ligone, dolabra, vario, vt in rebus humanis omnibus fere, euentu certabatur. Commodissima quidem ratio expugnandi oppidi videbatur, commeatu mari interclusо: atqui parum hactenus prospere quidquid ea in re tentatum fuerat, successit. Nam præter illa quæ superius adhibita memorauimus, quædam concatenatarum inter se & iniecta arena & saxis depressarum nauium veluti ratis paullo ante, quibusdam auctoribus, ad fauces portus Ostendani posita, magnam felicis euentus spem excitarat, sed inanem. Naues enim tempestatibus iactatæ, & fluctuum vi à fundo sublatæ, in vastumque illum oceanum abreptæ, vix vllum sui reliquerunt vestigium. Et alias machinationes quis cõmemoret? quarũ nullius artificium tam immanis elementi violentiæ potuit obsistere.

E contra obsessi nihil intentatum relinquebant, vt fossoribus expulsis aut oppressis, munitiones disturbarent. Data igitur tessera, ea nocte quæ decimum quartum Iunij diem est insequuta erumpunt, & quæ ad Lusbossam, propugnacula inuadunt, primis excubitoribus facile interfectis. Tumultu per castra sparso, magnis studijs atque animis vndique ad eum locum quo impressionem hostes fecisse dicebantur, Hispani accurrunt, ac multos nimis

temere

temere progreſſos intercipiunt, ac reſiſtentes obtruncant. Memorabilis hæc fuit oppidanorum clades, qua fere ex ijs qui eruperant própтiſſimus quiſque occubuit: & inter primos Sancius quidam, Baro Gallicus, cuius corpus opobalſamo conditum in Galliam deinde fuit tranſportatum. Cum obſidionis tempore creſcebant quoque pericula, tam mari quam terra. Non procul à canalis faucibus immenſæ altitudinis moles attollebatur, vnde longiſſimus in ſubiectum mare & regionem erat proſpectus. Turrim Babylonicam nonnulli appellabant, alij militari ioco, ollarum inſpectorem. In eo collocata eximiæ magnitudinis tormenta non oppidum tantum continuis ictibus verberabant, ſed etiam naues præteruehentes ita infeſtabant, vt multæ fatiſcerent, nonnullæ mergerentur, omnes velut ad igniuomi Plutonis occurſum trepidarent. Nunquam tamen ceſſatum eſt à nauigatione, magis quidem timide naues progrediebantur: quanquam non deeſſent venales animæ, qui pericula non tantum non ſubterfugiebant, ſed vltro quoque prouocabant, in quibus etiam non nemo perijt. Obſeſſi interim ſtrenuorum militum, vt illi imperterritorum nautarum, munus explent: quumque amiſſas munitiones recuperare non poſſent, ignibus artificioſis incendere conantur. Hæſerunt aliqui, ſed ab Hiſpanis reſtincta flamma paullo poſt deinde in fumũ abijt. E contra Hiſpani Becaſſum multa verberatione concuſſum ſummis viribus oppugnant. Erat id ad ipſas fauces ſiue nauium ſtationem extra vallum propugnaculum: eoque nomine

vt plurimũ ea ſolent appellari quæ oppidi muris non incluſa vix ſine certa pernicie defendi aut oppugnari queunt. Hoc propugnaculũ ſi tenerent Hiſpani, magnum certam ad victoriã momentũ conſequuti merito poterant videri. Erat enim locus nouis excitandis munitionibus commodus, vnde etiã ponte ſuper canalẽ impoſito, nullo negocio cõmeatus poterat intercludi quapropter 14. & 15. Iunij diebus ab vtraque parte ad eum exſtitit dimicatio; promiſcua cædes finis fuit. Iam anniuerſarius obſidionis dies redierat, cuius memoriã oppidani horribili tormentorũ omnium diſploſione recoluere: qui idem multis fuit extremus. Paullo poſt Dorpius euocatus in Selandiã proficiſcitur, eiq; Vandernotius ſuccedit: vnde poſtea iocus illorum qui potentiſſimũ maximeque omnium formidabilem præfectum Oſtendã veniſſe dicebant. Germanis enim ea vox Neceſſitatem ſignat & afflictionem: quæ profecto tum obſeſſis multũ negotij faceſſebat. Nam præter alia incommoda, quæ nimis multa quam credi poteſt omnes obſeſſi, vt quamoptime cum ipſis agatur, ſentiunt: mirabilis quædam lues & contagio per oppidum ſerpebat, qua correpti milites ſubito veluti exanimati concidebant, omnibus viribus ad ſui defenſionẽ ablatis. Fama fuit, ſed fama, globorum decidentium veneno infectorum fumo id fieri: ſed dierum canicularium æſtum, vigilias & militares labores continuos, aerem cadauerum putore infectum cauſſam fuiſſe, magis eſt veriſimile. Huic malo Ordines ita occurrerunt, vt miſſis hoc menſe plus quam octoginta nauibus, militẽ ſubinde nouum mitterent, cõ-

meatuque

meatuque recenti reficerent. Ex quo vno, vt & vniuersa hac narratione, facile impensarum in hanc obsidionem factarum magnitudo incredibilis intelligi ac deprehendi potest. Varijs modis tũ, sed ignibus maxime certatum fuit, quibus perditas munitiones perdere obsessi summa industria conabantur, globis candentibus in eas partes maxime quibus materia erat ad cõcipiendum flammã idonea, missis: quos restinguere aut amouere eo erat difficilius, quod cuspidibus ad ea in quæ inciderant, adhærescerent, atque ægre poterant reuelli, accedente præsertim periculo. erant enim ita facti vt occultis momentis occluso intus igne erumpente, repente dissilirent, & missiles globulos in circumstantes spargerent. Hoc inuento Lusbossa firmissimũ Hispanorum propugnaculũ incendium vigesimo secundo die Iulij concepit, quod etiam, quamuis strenue, omni contemto periculo Hispani accurrerent, prius restingui non potuit, quã moles vncis & harpagonibus diducta fuit, cuius postea reparatio multo sumptu & labore constitit. Idem postea in Polderano propugnaculo tentatum, non eundem habuit euentum. Tandem vigesimo Augusti ingens illa moles quam Planã formã vocatam supra diximus, missis plusquã centum triginta quinque pilis candentibus, ignem concepit, qui vẽto adiutus mox in magnum incendiũ pluribus vndique locis exarsit. Nulli quidẽ labori, ac ne capiti quidẽ suo (oppidani enim interea continuis eiaculationibus ea loca infestabant) in eo restinguendo parcebant Hispani: sed parũ proficiebant; igne tanto magis quanto frequentius

mouebatur, inualescente, ac tandem post triū dierum ac noctium deflagrationem, iam consumptis viribus, subsidente. His tot tantisque incommodis statim obuiam ierunt Hispani, & quæcumque vel incendio deformata, vel ictibus labefactata singulari industria breui restaurarunt, nec minus ipsi qua vi qua ingenio oppidanis erant molesti: inprimis autem, quamuis antea non semel frustra idem essent conati, in obstruendis fluuij siue portus faucibus mire satagebant. Iterum ratis è multis inter se connexis & super dolia impositis trabibus componitur; qua in fluuij ostium propulsa, spes erat aditum nauibus intercludi posse. nec hoc successit. Quod vero summis viribus tum nihil fuit tentatum, caussa erat quod Mauritio Syluamducis obsidente, serenissimus Archidux magnam lectissimorum militum è castris manum secum ad soluendam obsidionem eduxerat. Frequenter tamen fiebat, vt è commeantibus nauibus aliquæ aut in Hispanorum inciderent manus, aut tormentis concussæ & effractæ, vndis haurirentur. Tertia deinde ratis, tanta firmitate, vt tormenta aliquot sustineret, aquæ imponitur; sed eandem mox viam quam priores ingressa est, quod nec maris æstu afferuescentis fluctibusque agitati, nec tormentorum ex oppido sine intermissione iaculantium vim sustinere posset. Interea Ambrosium Spinolam, virum omnibus naturæ donis cumulatum, Friderici fratris, de quo præcedenti libro diximus, cædis fama tristis & luctuosa admodum ex Italia exciuit: isque magnis itineribus ad Archiducem Bruxellas venit, à quo humanissimo acceptus, operā suam

ei viciſſim obtulit, non tam vt fratris cædem vlciſceretur, quam res Catholici regis & Catholicorum quibus poſſet modis adiuuaret. Quare in caſtra poſtea cum imperio profectus, multa ibi ſecus quam oportebat adminiſtrata deprehẽdit, quibus correctis, ſumma diligentia modum aliquem intercludendi oppido commeatus comminiſci cœpit. Multum ei hac in re profuit Pompeij cuiuſdam Itali hominis in caſtris metandis, ſubſtructionibus excitandis, ac cuniculis agendis admirabilis ſolertia. Ex huius præcipue conſilio, & Spinolæ iuſſu veteres munitiones multis ictibus laceræ, aut negligentia deſtitutæ reparantur, operæ conducuntur, ſumtuum rationes ineuntur, inanibus reciſis: omniaque in meliorem rediguntur formam.

Spinola qua proximum erat rem tentandam ratus ligone & dolabra multum vtebatur, tum in excitandis propugnaculis, tum in cuniculis agendis, non ignarus multis ictibus tandem deijci arborem quantumuis altis & firmis radicibus hærentem. Interim non minus obſtruendis faucibus opera datur, & Spinola naues aliquot, impoſitis remigibus & claſſiarijs, tam ad oppidum quam mare infeſtandum emittit. Eodem tempore tormentorum magiſter ad Hiſpanos profugit, & monſtrato nouo illo artificioſorum ignium inuento, ſuis artibus oppidanis petijt, & immiſſis in propugnaculum quod inter ortum & Septentriones medium eſt, ſimili artificio præparatis globis, ingens incendium excitauit, in quo reſtinguendo mirabili vſi ſunt induſtria & audacia meſonautæ.

Annus

Annus iam exibat, & ab vtrísque, maxime vero obſeſſis, non minus tempeſtas quam hoſtis formidabatur: & de ſinu Oſtendano id quod Poetarum princeps de lacu Auerno dixit, dici poterat,

Quem ſuper haud vllæ poterant impune volãtes
Tendere iter velis.

Nam Decembris die decimo è magno nauiũ numero ingrediendi occaſionẽ captantium, nulla in portum peruenire potuit, ſex etiam continua verberatione depreſſis: octiduo tamen poſt quadraginta circiter, multis ictibus perforatæ, nec non vigeſimo eiuſdẽ menſis viginti ſeptem aliæ in oppidum ſunt inuectæ: commeatuſque expoſiti, mirifice milites recrearunt. Cum his Giſtellus venerat, nouus oppidi gubernator in Vandernotij locum ſuffectus: quod tamen ille munus non diu tenuit, paucis diebus poſt machinæ telo percuſſus. De captiuis tũ permutandis actum, & tranſactũ, & ij vtrimque ad ſuos liberi remiſſi. Inde ad ſolitas artes & machinationes reditur, Spinola magno ſtudio operas & opera promouente. Ad intercludendas naues aditu ingentis operis & artificij machina excogitatur. Currus erat ſpecie, quatuor rotis æneis, quarum altitudo quindecim, abſis vero ſex pedes in latitudine complectebatur; longus quinquaginta, latus ſexdecim paſſus. Medio malus erat infixa, qua pons è rudentibus & funibus craſſiſſimis contextus, attollebatur, vel rurſus pro lubitu demittebatur: ſub quo milites a ſclopetorum vi tuti incedebant. Machinæ tractoriæ ita fabricatæ erant, vt helciarijs equis in pronam partem actis, currus in aduerſam

ſam propelleretur, deque eo illud verum eſſet quod noſtrati prouerbio facere vetamur, nimis rum ne pone currum equos iungamus, præpoſtero & irrito labore. Hunc militaris obſeſſorum licentia pigrum, à tardo, credo, motu; & Infernalem etiam, ab admirabili forſan inuentione & artificio, appellauit. Sed nulli fuit vſui, rotarum vna ab obſeſſis tormentorum vi corrupta & perfracta. Die porrò Martij xx. atrox exorta eſt tempeſtas, quam ingens ſequuta eſt eluuio, quæ res obſeſſos vehementer afflixit. Nam & vehementi allatrantis æſtus impetu multum è præcipuis atq; munitiſſimis valli propugnaculis terræ & materiæ erat auulſum, adeo vt metus eſſet ne conuulſis fundamentis, planè tandem conciderent, fluctibusque exponerentur: nec quidquam materiæ vel ad frangendos maris impetus, vel ad inſtauranda vitia ad manum erat. Accedebat ab hoſte periculum, quem patefacto aditu, vires ſuas omnes eo conuerſurum, minimè dubium erat. Edocti de hoc damno Ordines magnam vim omnigenæ materiæ nauibus impoſitam ad obſeſſos mittunt, qua perlata, præſidiarij in certam; iterum ſpem defendendi oppidi ſunt erecti. Inde igitur certatim operi & ruinis inſtaurandis incumbunt, non ſine multorum cæde, quos hoſtilia tormenta, quà maximè opes ferueba directa, interfecerunt. Sed morbo & inopia liberati, facile ea pericula quibus iam longo vſu aſſueti erant, contemnebant. Menſe Aprili decem peditum ſigna, ductore Berendrechto, & quadraginta duæ naues vario commeatu onuſtæ in opppidũ introductæ: boues deinde duo præpingues corona & ſertis redimiti ad oſtentationem vberio-

ris

ris commeatus & pompam per oppidum, præeunte Martiali Musica, circumducti & mactati, eorumque carnes publice venum tolerabili admodum, vt in eo loco & statu, precio sunt propositæ. Spinola interea dies noctesque operas & laborem vrget, hostium propugnacula suffodi, & aduersa contra agi curat, ea præsertim parte quæ occidenti obuertitur. Persuasum hactenus plerisque fuerat cuniculos in loco tam vliginoso agi non posse: quæ fieri non posse videntur, si eo quo par est modo & diligentia suscipiantur & continuentur. Iam Hispani partem Polderani propugnaculi tenebant, ceterisque tam prope imminebant, vt ab obsessis exaudiri possent. Noua igitur pomœria describunt, noua mœnia struunt, nouas ducunt fossas, nouam denique vrbem condere incipiunt, in quam vetere expulsis esset receptus. Occiso, vt paullo ante diximus, Gistello, Lonius chiliarcha est suffectus, quinto post die eodem fato functus. Huius locum communi bellicorum consiliariorum sententia capessere Buuerius, Rufolius, & Draco iussi sunt, dum à Mauritio & Ordinibus gubernator diceretur. Ex his Draco eandem quam superiores oppetijt mortem, capite ictu globi maioris ab humeris auulso; post eum Vtenhouius imperium tenuit. Simile fatum fuit Dauidis Gildani, hominis in agendis cuniculis peritissimi; cuius singulari industria & arte res oppidanorũ multum hactenus fuerant adiutæ. Ijsdem diebus Buuerius quoque grauiter fuit sauciatus. Dum ita ad Ostendam acerrime pugnatur: Mauritius traiecto in Flandriam exercitu, Exclusam obsidione cingit.

git. Ea res cognita magnam Oſtendanis attulit alacritatem, quod longis illis obſidionis moleſtijs & periculis tandem ſe liberatum iri ſperarent. Vnum modo Porcepiccum è ſuburbanis propugnaculis in ſua adhuc habebant poteſtate. id quoque Hiſpani miſſili igne ſuccenderunt, ſed mox flamma quæ vix emicuerat, ſua ſponte eſt extincta. Litteræ quoque ibi repertæ ſunt quibus Hiſpani ad deditionem eos hortabantur, quam ſi vltro ſine longiori procraſtinatione facere velint, conditiones accepturos quas poſtulauerint; ſin autem, aditum porro omnem ad veniam fore incluſum. Renuunt obſeſſi, conteſtati, nec promiſſis, nec minus adduci ſe poſſe, vt his de rebus quidquam paciſcantur; ſed ad extremum vſque ſpiritum, vt fortes decet milites, pugnaturos. Quare iterum Hiſpani ad dolabram & ligonem conuerſi, diuerſa oppidi propugnacula inuadunt, & magna cum cæde tandem expugnant. Tanta iam erat vtriuſque partis vicinitas, vt quæ ad illam pertinent omnia obire poſſent, ſalutando ſcilicet, colloquendo, dexteras etiam apprehendendo: non tamen pro his obuijs humanitatis officijs alter alteri gratias agebat. Ea de cauſſa obſeſſi, nouis hoſpitibus locum cedentes, in cœptum à ſe condi oppidum commigrarunt, cuius munitionibus fidere iam aliquo modo audebant. Eorum prudentiæ vel humanitatis (vtro modo accipiat lector, perinde eſt,) hoc quoque erat, quod præter id quo iam recepiſſe ſe diximus, aliud quoque oppidũ deſcripſerant, Nouæ & paruæ Troiæ impoſito nomine, quo, ſi forte

altero

altero illo cedendum quoque esset, domicilium transferre, atque ita locum illis dare possent: sed præter delineationem nihil hac in re, fuit perfectum. Illud vnicè operam dabant, vt liber esset tàm ad exeundum quam intrandum commeatus; & Hispanorum opera ad eum intercludendum apposita, breui æstu & vi maris disturbatum; ipsum vero canalem latius apertum iri sperabant. Contra accidit. Marini enim fluctus Cauro impulsi ingentes arenæ cumulos aduexere; adeò vt breui portum obstructum iri, metus esset. Vallum quoq; quo inuectæ naues ab hostium machinis protegebãtur, eadem vis aquæ magna ex parte abstulerat & nudarat. Hæc à mari pericula, à terra non minora impendebant. Iam signa hostium in plerisque ad eam partẽ propugnaculis fixa cernebantur: iam loca omnia in quibus pedem ponerent, suspecta erant, omnibus cuniculorum plenis; in nouis verò munitionibus non ità multum spei erat, quod terra recens ac nondum in se pondere compressa, facile tanquam puluis disturbari posset. His tot tantisque periculis quotidie ob oculos versantibus, locum nihilominus defendebant. Ad hoc multum quoque eos excitabant Mauritij è castris ad Exclusam litteræ; quibus pollicebatur, breui se cum exercitu adfuturum, & hostem ab obsidione, si quo modo fieri posset, depulsurum. Sed quum huius perficiendi spes nulla esset, & hostis indies magis magisque ingrueret, ægre summouendus; tormenta præcipua aliaque quibus carere poterant, nauibus imposita in Selandiam mature transferre curant. Certe XIV. Septembris triginta duæ onerariæ, varijs rebus onustæ portum sunt egressæ: è quibus

tres

res crebis ictibus perforatæ in fundum subsederunt, ceteris quo tendebant sine damno appulsis. Nullus dies, nulla pæne nox erat, qua non Hispani aliquid tentarent. Victi ergo tandem fractique obsidentium pertinacia, deditionem facere constituunt, ac binis vtrimque datis & acceptis obsidibus, leges quædam & conditiones proponuntur, de quibus aliquamdiu est disputatum. Postulabant obsessi quidem initio aliquot dierum inducias: sed aures occludebant Hispani, turpiter hac ratione antea deceptos se dictitantes. Tormenta quoque omnia quę reliqua erant vt abducere sibi liceret instabant, quod itidem primo negatum; de quatuor tamē postea consensum. Sic ergo vigesimo Septembris Anno MDCIV. hora decima antemeridiana in has conditiones est conuentum; vt præfectus qui tum Marquettus erat, chiliarchæ, centuriones, milites cuiuscunque status, ciues cum vxoribus & liberis, omni qui supererat commeatu, supellectilibus, sarcinis, alijsque fortunis suis oppido excederent, signis explicatis, sonantibus tympanis, incensis fomitibus, globis ori insertis, & in loca tuta incolumes deducerentur: ad ægrotantium quoque & sauciorum atque aliorum onerum vecturam centum triginta commodarentur currus. Conditionibus his vtrimque acceptis; oppidani quæ adhuc tenebant propugnacula Archiduci tradiderunt, ipsi in nouam Troiam concessere: postero vero die oppido egressi, per Hispanorum castra Exclusam versus iter instituerunt; in quibus Spinola præfectum & duces primarios splendido

admodum & sumptuoso conuiuio excepit, ceterisque in rebus magna erga eos comitate est vsus, concessis etiam ad primorum vsum equis. Econtra seditiosi, qui ad Exclusæ obsidionem soluendam, vt supra indicatum est, cum reliquo Archiducis exercitu profecti fuerant; in insidijs latebant, & iam iam in eos contra datam fidem erupturi fuerant, nisi Comes Buquoius eos continuisset. Ad Exclusam humaniter à Comite Mauritio excepti, mox ad corpora curanda per ciuitates hinc inde distributi sunt. Hic exitus fuit tam celebris, atque inter multos maximè diuturnæ & memorabilis obsidionis: in qua illud maximè enituit, nullum tam firmum esse propugnaculum, nullam tam bene munitam ciuitatem, quin consilio tandem & vi expugnari possit.

PR. MAV.

PR. MAVRITII EXPEDITIO IN BRABANTIAM: ET GRAVIAE obsidio.

MAuritius quum animaduerterent Archiducem ab Ostendana obsidionē nulla re posse abduci: magnas copias è Germania & Anglia contrahūt; quibus Brabantiam vel Flandriam inuadere constituerant, vt ita vel inuitum Archiducem ab obsidione Ostendana auerterent ; Lustrato ad Cliuiam exercitu, in quo tria currum millia fuerunt, vniuersas copias in tria diuisit agmina; quorum primum Ernestus, alterum Gulielmus Nassouij, tertium Franciscus Verius, eques Anglus (qui paullò ante Ostenda fuerat euocatus) duxerunt. Vnumquodque agmen senis peditum millibus, & duo de triginta equitum turmis cōstabat. Traiecto Mosa ; post dierum aliquot iter in Tungros perueniunt: ibique accepto commeatu, Tienam contendunt, vbi tum Admirans castra habebat. Eo Mauritius caduceatorem mittit, & Admirantem ad prœlium prouocat: qui respondit ; Iussum se regioni illi præsidio esse, non prælio decertare. Proinde si castra sua oppugnatum veniret; prælij copiam fore. Biduo post octauo Iulij, Mauritius, flumine tribus pontibus iuncto, cum vniuerso exercitu, toto die instructa acie stetit: sed Hispani castris se continuetunt. Quare Mauritius, proposito suo frustratus, exercitum reduxit: & receptis à nonnullis Bra-

bantiæ pagis tributis, tandem vicesimo Iulij ad Grauiam castra posuit. Est vero Grauia territorij Cuciani oppidum Mosæ adsitum, olim Gelriæ Ducibus subiectum, postea vero Brabantiæ Ducatui insertum. Id Maximiliano Burensi Comiti oppigneratum, Gulielmus Auraicæ Princeps, qui filiam eius vnicam vxorem duxerat, magna vi pecuniæ nnmerata, patrimonio suo addidit, olimque tranquille possedit: nisi quod à Pacificatione Gandauensi Germani milites præsidiarij nonnihil tumultuati sunt: quos tamen, paucis suorum per nouam, quæ excitabatur munitionem; ciuium opera immissis, mox expulit, quadraginta fere ex ijs cæsis. Sed ab Alexandro Farnesio, Parmæ Principe post oppugnatam, quum diu fortiter vim sustinuisset, Præfecti ignauia amissum est, & in Hispanorum ditionem concessit, inque ea hactenus mansit. Et loci natura, & operibus munitissimum est; vallo præalto, firmis propugnaculis, & fossis profundis & latis cinctum. Mosa alluitur, cuius nauigatio ciuibus magnas adfert vtilitates: ad quam tuendam præsidiarij cis Mosam propugnaculum exstruxerant, quod à reipsa Sumptus perditi nomen habebat. Id primum Mauritius aggressus, nullo negocio, à præsidiarijs desertum capit: inde castrorum limites designat, quibus vniuersis fossas circumducit, fossas lorica cingit, per loricam militum stationes disponit: & quandoquidem non dubitabat aq hoste foris se oppugnatum iri; quatuordecim vigilum receptaculis castra includit, in quorum singulis quinquageni mosquetarij excubias agerent.

Grauia obsidetur.

Castra

Castra vniuersa in tres partes erant diuisa. Ad orientem, hibernum, ad ipsum Mosam, Comes Mauritius tetendit: vbi duo pontes Mosæ impositi, peditibus vnus, equitibus alter traducendis inseruiebant. Catenæ etiam duæ ab vna ripa ad aduersam erant ductæ, vtrimque propugnaculis firmatæ, vt naues incendiariæ, si quas forte Hispani prono alueo dimitterent, arcerentur. In altera castrorum parte, quæ priori contigua erat, versus occidentem hibernum, Gulielmus Nassouius cum Frisijs & Scotis, & parte equitatus, stationem habebat: tertiam vero infra vrbem Angli, cum Ringrauio & Friderico Comite Solmensi tuebantur, ibiq; forum erat rerum omnium promercalium, quæ ex nauibus egestæ, curribus inde in ceteras castrorum plagas subuehebantur. Cis Mosam, ad septentrionem, nullius ducis erant tentoria: equites tamen ex alijs castrorum partibus ad excubias agendas eo mittebantur. Præsidium omne, quod in oppido erat, mille & quingentis constabat viris: ciues vero in vniuersum vix trecenti erant, qui olim supra mille & ducentos fuisse dicuntur: nec tamen arma eis ferre licebat, quod Hispani non satis eis fiderent. Interea Archidux, quo se Mauritij impetus conuertisset, accepto Admirāti iubet vt quantocyus obsessis auxilium ferat. Is collectis quantas poterat copijs, quum dies aliquot in Ducatu Cliuensi substitisset, decimo Augusti castra ex aduerso collocat: & Mosa ponte iuncto, itinera Neomagesiā, ad intercipiendos commeatus, infestat & obsidet. Magnam eius aduentus in oppido inter præsidiarios excitauit lætitiam: & ne sibi

Admirans Grauiæ obsidionē soluere conatur.

ipsi deessent, fortiter aliquoties eruptione facta, victores nonnunquam, victi interdum in vrbem redierunt. Ea nocte quæ inter duodecimum & decimum tertium Augusti diem intercessit, oppidani nunquam in castra hostium detonare & fulminare cessabant: quod signū erat Admiranti crastino die vtrimque simul vno & eodem tēpora castra oppugnandi. Adsunt ergo manè præsidiarij primum, sexcenti, qui in Frisios impetu facto, damno vtrimque dato & accepto, mox in oppidum reiecti sunt: inde auxiliatores conspiciuntur, virgultorum falces, matteclos, scalas, dolabras, ligones, aliaque id genus instrumenta portantes, quibus sperabant castrorum aliquam partem se incensuros, & vbi omnia feruerent tumultu, in oppidum penetraturos. Sed Mauritio tanto fuit facilius hunc hostis conatum auertere, quod de eo iam prius esset admonitus. Triduo post Hispani rursus aciem ante castra ostentant: obsessi interim Anglos inuadunt, eadem pænè fortuna; qua prius. Vulneratus est in hoc conflictu Anglorum tribunus Verius; exque eo vulnere passim mortuus dictus fuit: quod tamen secus se habet. Tentatis frustra castris, Admirans noctu clam præmissis impedimentis, exercitum reduxit, & vbi ad Venlonam aliquammultos dies substitisset, nec à ciuibus impetrare potuisset, vt præsidium admitterent, Traiectum versus contendit, omni spe obsidionis soluendæ destitutus. Nam & magna copiarum pars iam dilapsa erat, & tyronum præsertim Italorum; qui turmatim ad hostium castra quotidie, in de-

que

deque accepto commeatu & à Mauritio viatico adiuti, qua cuique proximum erat, domum proficiſcebantur. Reliqui intempeſtiuo admodum tempore ſtipendium flagitantes, ad ſeditionem ſpectabant: è quibus quum nonnulli Aumontiam occupaſſent, Admirans, vt naſcenti malo occurreret, oppidum inuaſit & incendit: ſed ſeditioſi, præter paucos, ferro ſibi exitu patefacto, Dielam atque inde Hoſtratam petierunt. Poſt Admirantis diſceſſum, Mauritius Rinbercæ timens Erneſtum Naſſouium cum aliqua equitatus & peditatus parte ad Rhenum miſit, ijſque locis præſidio eſſe iuſſit: & ne hoſtis commeatu iuuaretur, ne qua nauis ſupra Bercam eueheretur, edixit. Interea quamuis ab Hiſpanorum exercitu caſtris foris oppugnarentur caſtra; nihilominus ſummis viribus cœpta vrgebatur obſidio: iamque muri & aggeres ita propugnatoribus infeſti erant, vt vix proſpicere quiſquam auderet. Tandem expulſi ſuis munitionibus præſidiarij, quum ad ſummam oppugnationem omnia parata viderent 19. Septembr. deditionem pacti, eodem ſtatim die arce, inde biduo poſt oppido exceſſerunt, ſexcenti circiter viri. Leges deditionis cum ciuibus primum hæ fuerunt. Vt omnium eorum quæ ante facta vel dicta eſſent, æterna eſſet obliuio, ne cuiquam eo nomine moleſtia exhiberetur: Mauritiuſque omnes pariter, Eccleſiaſticos & ſæculares in patrocinium & tutelam ſuſciperet, cui etiam vt hypothecario, fidem omnes & obedientiam præſtent. Idem priuilegia omnia, immunitates,

Leges quib. Grauia dedita eſt.

tes, libertatem, quibus ante bellicos hos motus ciues vsi sunt, ijsdem confirmaret. Omnibus vtriusque sexus Ecclesiasticis, ciuibus, inquilinis qui Catholicam profitentur religionem, eandem porro quoque profiteri, & tranquillè & pacatè viuere liceret, ijdemque ab omni iniuria & contumelia defenderentur: templum etiam vnum, in quo suos matrimonij & baptismi ritus peragant, eorundem vsui permitteretur. Religiosi omnes monachi, moniales, in monasterijs suis, si volent, permanerent, bonisque suis & reditibus liberè vterentur fruerentur. Et quia ciuibus nonnullis à præsidiarijs multum debetur: liceret eis in regiones Archiduci subiectas proficisci, ibique intra semestre tempus ius suum contra eos prosequi: quod temporis spacium si cui nimis breue sit, ampliorem is commeatum ab vrbis præfecto, quem MAVRITIVS constituet, postularet. Quod si quis oppido emigrare, & alio transferre domicilium voluerit, liceret intra proximum triennium id facere, quod vero ex oppido vel rus, vel alio, peregrinationis ergo, concesserint, ijsdem quandocunque placuerit, in vrbem redire, bona sua vel per se vel per alios administrare fas esset. Quumque oppidum hoc in confinio Ducatus Cliuensis & Rauestænensis dynastiæ positum sit, vbi consueta Hollandorum vectigalia & tributa locum non habent; ciuium etiam fortunæ immensis præsidiorum sumptibus exhaustæ sint: daret etiam Comes Mauritius vt ab eiusmodi oneribus immunes ciues habeantur, durante præsertim bello. Idem etiam,

iam,

iam præsidij in oppido collocandi rationes ita moderaretur, vt ciuibus oneri non sint: & tam equitum quam peditum habitaculis construendis loca quædam vacua assignaret. Et quia incomparabilia planè damna ciues iamdiu perpessi sunt: nulli Vnitarum prouinciarum ciui in quemqeum ciuem aut ipsam rempublicam Grauiensem vlla actio debiti nomine proximo biennio daretur. Hac etiam transactione non præsentes tantum ciues, sed etiam qui superiori tempore reipublicæ aliquo munere perfuncti, alibi jam degunt, comprehenderentur: quibus etiam liber in vrbem reditus quocumque tempore patuit. His quidem conditionibus ciues à Maurítio in fidem recepti sunt: nec minus humaniter cum militibus actum est, quibus non arma tantum & signa, sed omnia etiam sua efferre omnibus & singulis est permissum.

NAVALIS PVGNA IN QVA FR. SPINOLA Casus.

Naualis pugna inter Hollandos & Hispanos

AESTATE anni MDCIII. aduersum nauale prœlium fecit Fridericus Spinola, homo prædiues, & artis nauticę peritus. Is Slusensem portum tenebat, cum triremibus aliquot & nauibus, omni apparatu instructissimis. Ex hoc vicesimo sexto Maij, cœlo iam albescente, cum octo triremibus & duabus Liburnicis, profectus, Ostendam versus remigrare cœpit. Præter nautas ad tria classiariorum milia in nauibus habebat, inque his duo ferentariorum (musquetarios vulgo appellant) milia: quorum opera portum Ostendanum obsidere, Ordinumque nauibus aditum intercludere decreuerat. Non latuit hic conatus Hollandos: eamque ob caussam duas triremes, Dordracenam vnam, Nigram cognomine, eximiæ magnitudinis & firmitatis, in specula collocarant, vt & hostem impedirent, & si viribus non satis valerent, ceteris nauibus præsidiarijs, quæ litus illud vniuersum obseruabant, signum darent, atque inde coniunctis viribus, ad hostem oppugnandum proficiscerentur. Has conspicatus, Spinola cursum quá maxime potest incitat: & iniectis in hostiles naues manibus ferreis, suos ad pugnam animat, quę quidem tanto ardore ab ipsis commissa est, vt multis interfectis hostilé triremẽ iamiá abducturi viderentur. Sed qui supererant ex Hollandis, ex inferiori loco quibus poterant modis se defen-

defendebant; tantaque eorum pertinacia, vt interfecto nauarcho, legatus Hartius grauiter vulneratus ignem pulueri tormentario iniecturum, cumque ipsis hostibus potius periturum, quam in ipsorum potestatem venturum se, minitaretur. Hanc pugnam naues quædam Hollandorum præsidiariæ eminus conspiciebant, sed hactenus vento destitutæ, laborantibus opē ferre non poterant: quo tandem adiutæ, pugnam nouam cum Hispanorum classe inierunt, crebrisque tormentorum ictibus tantam in ea stragem ediderunt, vt breui transtra & fori cæsorum aceruis implerentur. Sunt enim Hollandorum naues non magnæ quidem, sed agiles admodum, queque nullo negocio in hoc vel illud latus, præsertim vento adiutæ, circumagi possint; triremes econtra pigræ sunt & tardæ, nec magnus, nisi mari tranquillo, earum vsus videtur. Post acerrimum duarum horarū conflictum tandē Hispanorum triremes laceræ in tutū se recipere studuerunt, multis suorū amissis, inter quos ipse classis præfectus Spinola globo tormentario ictus, occubuit. Ita victoriam Hollandi, sed non sinē multo suorum sanguine adepti sunt, quum in vna triremi quadraginta tres, præter Vippium nauarchum, occisi, & circiter octoginta fuerint vulnerati.

PR.

PR. MAVRITII IN FLANDRIAM EXPEDITIO ET OBSIDIO. SLVSENSIS.

DVM ad Oſtendam magna contentione & prope omnibus viribus vtrimque res geritur, ab Archiduce præſertim: Mauritius Naſſouius ingentem claſſem vndique contrahit, eique impoſitum exercitum cum immenſa vi tormentorum ac ceteri apparatus bellici, in Flandriam traducit, & xxv. die Aprilis in parua quadam inſula, Caſanda nomine, in terram exponit. Hāc duobus Hiſpani propugnaculis muniuerant, quorum alterum Qſtfletum præſidiariorum metu deſertum, alterum vix admotis tormentis oppugnari cœptum, Mauritius nullo negotio occupauit. De hoſtium aduentu certior factus Archidux è caſtris Oſtendanis tria peditum milia cum turmis aliquot equitum & machinis, ad prohibendam hoſtium exſcenſionem mittit, qui in vlteriori portus Sluſenſis parte conſederunt, in omnem euentum intenti. Ad hos oppugnandos Mauritius naues aliquot præſidiarias proficiſci, ac velitationibus tantiſper diſtinere iubet, dum interim in alteram litoris partem ducenti equites cum octingentis ſclopetariis exponuntur. Succeſſit aſtus, moxque ipſe Mauritius traiecto fluuio qui à Sluſa Iſendiccam verſus decurrit, propugnaculū ijs locis Coxiam primo itidē aduentu non minus feliciter capit. Hinc auctioribus copiis Sancatharinum, aliud pro-

propugnaculum, post vnius diei oppugnationē in suam potestatem redigit, suoq; milite firmat. Non procul inde SanPhilippum aberat, multò illo firmius: nihilominus qui in præsidio erant, tormentorum ad Sancatharinum boatu territi, ea nocte diffugerunt. ita & hoc sine cæde in victoris concessit potestatem. Restabat Isendicca, & loci natura & operibus munitissimum castellū, in angulo quodam duorum concurrentium aggerum situm, duobus versus meridiem Vlissinga, tribus ab Exclusa orientem versus miliaribus distans. Huius oppugnatio cum maioris operis futura videretur: Mauritius castra diligenter munit, machinisque adductis oppugnationis initium facit. Interea præsidiarij & Hispani qui circa Slusam erant, oppido egressi, in Casandam insulam descendunt, maioribus animis quam antea defenderant propugnacula quæ ibi erant oppugnaturi; quæ si recuperassent in magno periculo Mauritij exercitus erat futurus. quod ille non ignorans, & propugnacula viginti quatuor peditum cohortibus, & insulam sub Dorpij tribuni imperio duabus equitum turmis, & duodecim peditum cohortibus firmarat. Sed & hoc vehementer Hispanorum conatum retardauit (incauti enim & palantes forte opprimi poterant) quod Dorpius de hostium consilio tempestiue edoctus, suos diligenter locis opportunis dispositos in armis habuit. Quum iam mille circiter Hispani & Itali in terram appulissent, Dorpius suis pugnæ signum edit, qui confusos adhuc & sine ordinibus incedentes facile in fugam compulerunt; in qua multi cæsi, nonnulli, quinque scaphis irruentium multitudine

dine depressis, in aquis perierunt. Eodem pæne tempore Mauritius litteras ab Archiduce scriptas intercepit, quibus præsidiarios ad constantiā hortatur, & auxilij intra quadriduum spem facit. Tanto ergo acrius oppugnationem vrgendam ratus, continuis ictibus castrum verberari iubet: deinde misso tubicine nono die Maij præsidiarios ad deditionem hortatur. Hunc mœnia subeuntem, quum ex militiæ vsu tertium iam canere, mandata expositurus, vellet, Italus quidam globulo traijcit ac prosternit: qua re nunciata vehementer exacerbatus Mauritius extrema quæque præsidio, nisi cædis authorem quāprimū traderent, comminabatur. Iam in magnis commeatuū angustijs obsessi versabantur, quūq; alias conditiones impetrare non possent, relictis vexillis cū armis quidem, silentibus tamen tympanis, & fomitibus extinctis septingenti circiter Slusam discedunt, iurati prius intra quatuor menses in Flandriæ finibus contrā Mauritium arma non laturos. Aegris & vulneratis naues concessæ sunt, quibus Exclusam portarentur. Tormenta reperta, vnum maius, tria campestria, ac tria lithobolaria: signa militaria nouem, Hagam Comitis deinde asportata. Secundum hæc Mauritius castelli ruinas reparat, ac nouis munitionibus firmat: dein cum exercitu Ardenburgum versus iter instituit, quod ab Hispanis & ciuibus loco non satis munito diffisis itidem desertum inuenit, ac milite & operibus magna industria muniuit. idem postridie Middelburgi factum: quæ duo oppida etsi magnam vim sustinere non poterant, ad multas tamen res tenentibus erant opportuna. Missus inde

Item Ardenburgum & Middelburgum.

de

de cum ducentis equitibus & mille peditibus Henricus Fridericus Nassouius, Mauritij frater, Murbeccam arcem non procul à Brugis occupauit: Mauritius vero motis castris Eckeloum versus duxit, vbi Hispanorum exercitus congregari dicebatur. in eo octodecim erant equitum turmę, & quatuor peditum legiones, & quotidie maiores copiæ exspectabantur: quum tamen multitudine ac viribus longe adhuc essent inferiores quam vt hosti resistere possent, mille & quingenti relicto priori illo loco, inter Exclusam & Dammum munitiones agere instituerunt, sed à Mauritio post acrem pugnam, in qua multi vtrimque ceciderunt, expulsi sunt & dissipati, vno legionis tribuno, & octo centurionibus captis qui cædem euaserant; plerique in fuga, vel aquis hausti, vel in viarum angustijs intercepti perierunt. Nocte sequenti, quæ erat inter decimum octauum & decimumnonū Maij diem, Mauritius duo ijs in locis flumina vel fossas potius aquis stagnantes, Verscham vnum, adulcibus, Soutam alterum à salsis aquis imposito nomine, ponte consterni iubet, ibique castra metatus propugnaculum ad litus è regione Casandæ insulæ, qua Hofstedium propugnaculum situm est, capit, præsidiarijs fuga dilapsis: sed qui in altero non procul inde (Hasencrassam vocabant) erant præsidiarij, armis expeditis, fortiores se præiterunt. Interim naues Hollandicæ portum ad Exclusam ingrediuntur atque egrediuntur, licet vndique tormentis impeterentur. Hic Mauritius concilio habito deliberari iussit, quid porro faciendum: Exclusane tentanda, an castra Archiducis ad Ostendam. Quum illud

illud magis placuisset, obsidionis fit initium: prius tamen exercitus pars ad Hasengrassam castellum oppugnaodum mittitur. Præsidiarij primo deditionem facere iussi constanter responderunt; sed vbi tormenta viderunt admota, ijsdem conditionibus quibus Isendiccam castellũ Mauritio permiserunt: vni tamen signifero suppliciter id petenti vexillum Mauritij liberalitate concessum. Aegris itidem & saucijs, impedimentis etiam Blancbergam transportandis, vehicula commodata, pro quibus primipilus aliquis vadem se stitit. Egressis præsidiarijs (erant ad centum & quinquaginta) Mauritius cum suis loci naturam & munitiones perlustrat, militum alius alio discurrunt, quorum vuus domũ in qua puluis tormentarius asseruabatur ingressus, fomitem reperit ita temperatum vt iam iã in puluerem delapsurus, ac fœdam longe lateque stragem esset editurus. is igitur eo amoto, trepidũ huius rei nuncium ad Mauritium & ceteros non procul inde stantes perfert: qui commotior primum, quum omnes è via retrahẽdos, & malos male multandos clamarent, suos tamẽ continuit. vel quod vnius culpam (neque enim credibile erat omnes huius doli si tamen dolus fuit, fuisse conscios) omnibus non luendam, vel sic etiam fidem datam seruandam esse existimaret. Sane primipilus ille, qui vadis loco remanserat, factum hoc non modo à sua conscientia multis verbis remouit, sed etiam vehementer ipse est detestatus. Arce hac, quæ nauibus magna incommoda poterat afferre, potitus Mauritius, castrorum formam & modum præscripsit, quæ statim mirum in modum, dum reliquus ad

oppug-

oppugnationem necessarius è Selandia aduehitur apparatus, muniri cœpta. Exclusæ metuens Archidux, non exiguam lectissimorum militum manum eo mittit: qui per loca paludosa (Lapsuram vocant) ægre in oppidum euaserunt, paruo cum obsessorum, vt postea euentus docuit, emolumento. Quo cognito, Mauritius magnam catascopiorum numerum, adiunctis aliquot præsidiarijs nauibus, in specula constituit, ad quæ nonnulli ex Hispanis delati, ac pro amicis in naueis recepti, non prius insidias senserunt quam vitare non possent. Nec interea oppidani sibi deerant, qui eruptione aliquoties facta, fortissime quidem dimicarunt, semper tamen multis vtrimque datis & acceptis vulneribus, in vrbem sunt repulsi. Præter milites præsidiarios magnus erat in ciuitate mancipiorum ad remos damnatorum numerus, quos interficere quum præfectus nimis inhumanum & crudele putaret, & verò commeatus ne militi quidem sufficeret, viam aliquam qua indè educerentur, suos inuestigare iussit: sed frustra; semitis omnibus ita terra marique obsessis & interclusis, vt hostem fallere non possent. Vna spes erat in Archiducis exercitu, qui nihil interim omissa Ostendæ oppugnatione, magna diligentia ad Blanckenbergam copias colligi, castrisque hostium solutis & dissipatis, commeatum inferri præceperat. Et Hispani quidē circiter mille equites, & peditū 4. milia non procul à Mauritij castris consederunt, viā aliquā speculaturi, qua siue clam, siue vi aperta commeatum importarent. Obsessi de suorū aduentu certiores facti magno iterum ardore erumpunt;

 sed

ſed eodem quo antea ſucceſſu. Interim Mauritius cum parte aliqua exercitus, & duabus machinis campeſtribus ad Hiſpanos auxiliatores oppugnandos proficiſcitur; & ordinibus, machinarum inprimis vi turbatis, commeatus parte potitur. Erant vero farinæ triticeæ plena aliquot dolia; vnde intellectum plane eſt (quod antea etiam transfugæ nunciarant) panis inopia obſeſſos laborare. Dum ita ad Excluſam pugnatur: Hiſpani ſeditioſi, qui in Grauia hybernarant, cum ſedecim equitum turmis & mille ſclopetarijs à Mauritio adiunctis, Brabantiã longe lateque peruagantur, ac ferro flammaque vicos, pagos, villas, qui imperatam pecuniam ſoluere recuſabant, depopulantur, ad Thienas vſque & Hannoniæ Montes facta excurſione, adeo vt rumor eſſet, eos per mediam Brabantiam & Flandriam facto itinere, ad Excluſam coniunctis cum Mauritio viribus ad caſtra Oſtendana oppugnanda proficiſci. Ad eos qui Grauiæ remanſerant Epiſcopus Ruræmundanus & Hermannus Comes Vambergius miſſi, ad ſaniora tandem eos conſilia flexerunt, vt ſuis reuocatis, conditiones ab Archiduce latas acceptarint. Eæ erant: iniuriarum omnium æterna eſſet obliuio, ſtipendia omnibus, tribus terminis ſoluerentur, pignoris loco interim Ruræmundam tenerent: ſtipendijs ſolutis, Hoſtratam & Carpũ Archiduci reſtituerent. obſides inſuper dati Comes Fontanaius, Marchionis Haurei filius, Auguſtinus Gueuara, caſtellanus Gandauenſis, Alphonſus Dauila: quorum interuentu id etiã impetratum eſt, vt ad duo milia Excluſenſibus auxilio contra Mauritiũ proficiſcerentur, ea tamen

Seditioſi reconciliantur.

condi-

conditione vt eorum qui in ea expeditione desiderarentur stipendia vxoribus & liberis, aut si cœlibes essent, communi ipsorum fisco cederent. Duo ex his primarij, cum equitibus aliquot, & pecuniæ vi, quæ vniuersis debebatur nō contemnenda, alio instituto itinere, Grauiā rursus, atque inde in Flandriam ad Mauritium deflexerūt. Ab hoc igitur parte securus Archidux, multo iam magis in iuuandis Exclusiensibus satagebat. Quare coacto partim ex castris ad Ostendam, partim aliunde decem milium exercitu, inter Brugas & Dammū locum castris deligit, ac munitiones indies propius hostiū castra agit. Quintili mense exeunte ea pars castrorum quā Vandernotius tenebat, summis viribus est oppugnata, sed irrito conatu, Nassouiano milite impressionem fortiter sustinente; ad quam rem & locorum ingenio, & rerum omnium ad eiusmodi casus prouisarum copia valde iuuabatur. Iam in oppido fames magnopere inualescebat, quæ remigum etiam quosdam, quibus offa ex herbis minutim concisis pro cibo obijciebatur, extinxit: sed & præsidiarijs alimonia nimis quā parce admensurabatur. quare non ex oppido tantū, sed ex ipsis etiam castris transfugæ frequentes, nauibus impositi, à Mauritio in Hollandiam transmittebantur, vnde postea quisque quo vellet iter haberet. Quum hac parte non successisset, Hispani Ostburgum petunt, ibique Sancatharinum & Sanphilippum, quæ supra commemorauimus, castella, magna virtute expugnant. Mauritius, qui Casandæ insulæ inde metueret, suis propere auxilio accurrit, oppositisque copijs hostiū conatus facile præuertit & elusit. In-

Sancatharinum ab Hispanis recuperatur.

ſtabant nihilominus Hiſpani, & in Morellam propugnaculū facto impetu, ad ipſas caſtrorū munitiones & artificioſorū ignium apparatus perruperunt. Diu heic vario euentu iterum pugnatum eſt, donec tandem Mauritius laborantibus auxilia, cū puluere & globis, ſubmiſit, quibus recreati, & Gulielmi Naſſouij ea in parte excubantis præſentia & verbis animati, hoſteis iterum reiecerunt. In hoc conflictu præter magnum gregariorum militū numerum Marchio Rentæus vir magna virtute, & nobili proſapia, occiſus eſt, & mortui corpus lytro redēptum. Digreſſis Hiſpanis, Mauritius oppido præfectum per tubicinem de ſuo tum abitu certiores facit; cui foris cum acerrimo hoſte, intus cum fame & mancipijs difficilis pugna erat. Inclinatis pæne omnium ad deditionem animis, præfectus è ſuis aliquem ad Mauritium in caſtra mittit, qui octo vel ſex diernm inducias impetraret, vt interea quo in ſtatu res oppidi eſſent, Archiduci renunciaretur. At Mauritius, qui extrema eos conflictari inopia non ignorabat, conditionem hanc omnino reiecit. Poſtridie qui erat 18. Sextilis, datis vtrimque obſidibus, de legibus deditionis ahi cœptum eſt. Hiſpani quidē initio vehementer inſtabant, vt triremes, cum machinis & remigibus, abducere ſibi liceret: ſed & hoc Mauritius recuſauit, conditioneſq; quaſdā perſcriptas ad præfectum miſit, in quas ſi paciſci vellet, deditione eum ſe receptu- rum. Graues eæ quidem erant & damnoſæ: ſed quid faceret, illud Mauritio occinēte, Væ victis: quanquam non tam armis quam fame omnium eiuſmodi malorum extremo, victi eſſent. Conditiones

Excluſa deditur.

ditiones erant: vt clerici cum ornamentis, milites cum armis omnibus, sub explicatis signis eo modo quo ad prœlium iri solet, egressi, in loca tuta deducerentur, commodatis ad id à Mauritio nauibus: triremes omnes cū machinis ac reliquo omni apparatu ita vti sunt integræ & illæsæ Mauritio traderentur, remigibus omnibus in libertatem restitutis: captiui vtrimque dimitterentur sine lytro, inprimis Saius centurio, qui Buscoducis, Raddius, qui Voudæ, & tres mesonautæ qui Gandaui in vinculis erant; idq; si impetrari non posset, Aurelius Spinola Mauritio data fide captiuum se sisteret: debitorum nomine præsidiariorum nemo à ciuibus detineretur, promitteret tamen præfectus daturum se operam vt Brugis postea creditoribus satisfiat: ea nocte etiam Mauritij præsidium in arcem induceretur. Dum hæc ita tractantur, Hispani è castello Sancatharino flamma obsessis signum dant, ne tum quidem suppetiarum spe abiecta. At serum nimis hoc erat; nec obsessi, vt in eiusmodi fieri amat, contrario edito signo permanentem adhuc suam in dura necessitate constantiam testabantur: quæ res deditionis suspicionem primum dedit, cuius postea dies militibus egressis, certam fidem fecit. Capta Exclusa, multa publicæ lætitiæ per confederatas prouincias indicia edita sunt, quam tamen mox Ostendæ amisso breui sequuta temperauit. Hos Mars communis in rebus humanis ludos facit.

INDVCIÆ IN XII. ANNOS IN BELGIO FACTAE.

SEquentibus annis quamuis Spinola cum Hiſpanienſi exercitu in Friſiæ finibus oppida aliquot, tum etiam Rinbercam & Vachtenduncum cepiſſet: nihilominus tamen quum Hiſpaniarum, Rex & Archidux animaduertiſſet, quam multa adhuc ſibi ad plenam victoriam reſtarent, Pr. Mauritio limitibus defendendis ſtrenue intento: poſt longam tractationem cum Vnitarum prouinciarum Ordinibus Franciæ & Magnę Britanniæ Regum interceſſione, inducias Antuerpię in XI. annos IX. Aprilis Anno MDCIX. his conditionibus fecerunt.

Articuli induciarū

I. Primo Sereniſſimi Archiduces tam Regiæ in Hiſpania Maieſtatis quam ſuo nomine cum Ordinibus vnitarum prouinciarum, tanquam liberis & ſui iuris prouincijs & Statibus, in quos nihil ipſi prætendunt, agere parati ſunt, vti etiā eadē forma præſentē cum eis contractū fecerūt.

II. Vt per duodecim proxime ſequentes annos fidæ & inuiolabiles ſint & ſeruentur induciæ, quibus durantibus omnis ceſſet hoſtilitas, inter omnes & ſingulos R. M. Archiducum, & dictorum Ordinum ſubditos, nullo loco, tempore aut perſona exceptis.

III. Vt pars vtraque poſſideat id quod iam poſſidet, neque durantibus inducijs minima ex parte turbetur: hocque tam de oppidis & arcibus,

bus, quam de territorijs, pagis & villis intelligatur.
IV. Subditi & inquilini vtriusque partis posthac quamdiu induciæ durauerint, bonam amicitiam, correspondentiam & vicinitatem inter se mutuo seruabunt, neque quis cuiquam vetus damnum aut odium exprobrabit, aut vindicare præsumet; sed mutua commercia sine impedimento libere vtrimque exercebunt. Id tamen de commercijs vel negociatione Regia Maiestas intelligi vult & extendi ad illa tantum regna, prouincias & loca, quæ ab ea in Europa possidentur, & ad quæ aliorum quoque Regum & Principum subdita negociandi causa comeare solent: ab ijs vero regnis, insulis & locis quæ extra Europam sub eiusdem Regis imperio sita sunt, Ordines eorumque subditi abstinebunt, neque eo commerciorum caussa proficiscentur, nisi de expresso Regis consensu. Quod vero attinet ad alia regna, insulas & loca, quæ in India & alibi proprios habent dominos, & Hispaniarum Regi subiecta non sunt, licebit Hollandis & Confederatis ijs omnibus in locis commercia siue negociationem vbicunq, eis à domino loci permissum fuerit, exercere; neque propterea Regij Vicarij, Officiarij & ministri cuiquam siue Hollando negociationem ibi exercenti, neque cuiquam Regi, Dynastæ aut populo, Hollandis id permittenti, negocium & molestiam facessent.
V. Quum etiam tempore satis longo opus sit, intra quod præsens hic contractus ijs qui in peregrinis & remotis extra Europam regionibus versantur, notificetur; conclusum est quod ad has attinet, induciarum præsentium initium

post annum demum ab hodierno die sumendum, atque intelligendum esse: post quod omnia hostiliter acta & ablata resarciri & restitui debent.

VI. Subditi vtriusque partis non grauiora vectigalia, aut portoria aut alia onera soluent quã ipsi eius loci vbi illa soluuntur subditi, aut cæteri amici, vicini & confœderati, qui minimum solent.

VII. Ordinum subditi in regionibus Regiæ Maiestatis & Archiducum imperio subiectis eadem securitate & libertate gaudebunt, quæ magnæ Britanniæ Regis subditis in pace nuper facta, concessa fuit, ex vi & tenore eorum articulorum qui singulariter & in secreto cum Castiliæ Comestabili facti & conclusi sunt.

VIII. Ex ijsdem neque mercatores, gubernatores, aut patroni nauium, aut ipsum nautarũ vulgus, neque eorum naues, pecuniæ, mercimonia, & bona ex vllo generali aut speciali mandato, belli aut odij caussa, aut etiam sub prætextu regni aut oppidi alicuius eorum seruitio defendendi, arrestabuntur. Sub quo tamen non comprehenduntur ea Arresta, quæ per ordinariam viam, debitorum aut alia quapiam de caussa fient, in quibus communis iuris ordo seruabitur.

IX. Quod si res ipsa doceat, vectigalia in Belgicis regionibus nimis per bellum aucta fuisse, adeo vt inde grauia damna & detrimenta negociationi mutuæ existant: ad requisitionem vnius aut alterius partis Commissarij deputabuntur, qui communi consilio omnia ad moderationem

quan-

quãdam redigant; neque tamen si intèr eos concordia iniri non possit, propterea induciæ violatæ existimari debent.

X. Si fortè sententia aliqua contra quemcunque cuius defensionem nemo suscepit aut suscipere ausus fuit, in ciuili aut criminali caussa lata sit; ea in personis condemnatis, quamdiu induciæ durauerint, executioni mandari non debebit.

XI. Durantibus induciis nemini litteræ de Marca (vt vocant) vel Repræsalia aut alia Arresta, causa non cognita, indulgebuntur, nisi in eiusmodi caussis in quibus illa ex vi Cæsarei iuris permissa sunt.

XII. Neutra pars ad alterius portum appropinquabit cum tali numero nauium aut classiariorum qui suspicionem aliquam generare possit, sine eius sub cuius imperio portus ille situs est, permissu: nisi fortè quis tempestate aut alia necessitate constrictus terram petere necesse habeat.

XIII. Omnes alij, aut hæredes eorum, quorum bona belli vel partium odio arrestata & confiscata fuerunt, durantibus induciis eorumdem possessionem propria auctoritate, non requisito magistratu, apprehendere rursus poterunt, & ijs vti frui, etiamsi illa confiscatione, donatione, aut alio quouis modo ad eorũ, ad quos iure ea pertinent, incõmodum & damnũ alienata fuerint: hac tamen lege, vt quãdiu eorum bonorum vsumfructũ percepturi sunt, ea neq; grauent neque imminuant, aut de ijs secundum suum beneplacitum

disponant, nisi ad eam rem expressum consensum ab Archiducibus aut Statibus vnitarum prouinciarum (respectiue) impetrarint.

XIV. Eo quoque iure siue indulto gaudebunt Principis Auraicensis hæredes, ac præsertim quoad ius quod habent in salinas quasdam Burgundici Comitatus, quarum vsus fructus vna cum syluis & alijs pertinentijs eis restituetur. Quod vero ad processum siue controuersiam de castello Bellino in curia Machliniensi contra regium procuratorem olim à dicto Principe institutum attinet, promittũt Archiduces bona fide se intra anni spacium, sine vlla longiori mora, ad instantiam prædictorum hæredum & processus continuationem, vt sententia iusta feratur, procuraturos.

XV. Si à procuratore vel à iudice Fiscali bona confiscata vendita forte fuerint, ij ad quos ea iure & ex vi contractus huius pertinent, vsura eius summæ pro qua illa vendita fuerunt, siue eo quod interest, contenti erunt, vno scilicet è denis senis numo; qui à possessoribus dictorum bonorum durantibus inducijs fideliter soluetur, si autem illi in mora fuerint, proprietarijs è fundis ipsis & summa capitali satisfiet.

XVI. Si vero eiusmodi bona iudicialiter à magistratu vendita sint, ad exoneranda eorum quorum illa fuuerunt antequàm confiscata fuerunt, debita, ijs eorumque hæredibus, aut ad quos ea iure pertinent, redimendi ea facultas concedetur, sic tamen vt intra anni spacium à conclusione prædicti contractus precium ab eisdem restituatur & soluatur: elapso vero hoc constituto termino, ijsdem ea retrahere aut redimere non

non permittetur. De redemptis vero hoc modo bonis pro lubitu suo statuere ac disponere, sine noui impetratione mandati vel indulti, ijidem fas erit.

XVII. Hæc tamen Redemptio siue Retractio locum non habebit in domibus siue ædibus oppidorum, ex supradicta caussa, distractis & venditis, propter magna incommoda & detrimenta quæ eiusmodi restitutio eis qui eas iam possident & inhabitant allatura esset, vtpote in quibus mutandis, restaurandis & reædificandis immensi facti interea sunt sumptus: quorum omnium rationes inire difficile nimis & longum foret.

XVIII. Quod vero ad reparationem siue meliorationem attinet aliorum bonorum, quorum Redemptio siue Retractio ex vi huius contractus permittitur, iudices cuiusque loci in rem præsentem venient, & habita inspectione, factisque probationibus, quod iustum fuerit, pronunciabunt: interea vero apud eos qui meliora à se facta illa demonstrauerint, bona siue prędia hypothecæ loco manebunt; nec tamen emptoribus ad sibi ipsis satisfaciendum, ius Retentionis concedetur.

XIX. Si fortalitium aut aliud aliquod nouum opus ab alterutra parte ex permissu dominorum eius loci vbi Restitutio ex vi huius contractus fieri debet, erectum aut factum fuerit: domini siue proprietarij eorum locorum eo quod ordinarij iudices deberi ipsis iudicauerint (si partibus inter se non conueniat) contenti erunt.

XX. Quod ad bona Ecclesiastica cuiuscunque generis in vnitis prouincijs sita, sed ad Ecclesias, collegia

collegia, cœnobia & pias domos ſub Archiducum imperio pertinentia, attinet; ea quidem quæ à primo Ianuarij Anni milleſimi ſexcenteſimi ſeptimi nondum vendita fuerunt, reſtituentur, eorumque poſſeſſionem ijs quorum ſunt, non requiſito magiſtratu, apprehendere fas erit, & eorum vſumfructum quamdiu induciæ durauerint percipere, non tamen de ijs pro libitu ſuo diſponere aut ſtatuere: quæ vero ante iam dictum diem vendita fuerint, aut à Statibus alicuius prouinciæ alijs ſolutionis loco tradita & aſſignata; ea Prouincia à qua illa vendita aut aſſignata ſunt, vſuram (decimum ſextum quemque ſcilicet nummum) vniuerſi precij ſoluet. Idem plane à parte quoque ſereniſſiſſimorum Archiducum ad eumdem modum fiet.

XXI. Qui bona confiſcata ex vi huius contractus reſtituere cogentur, non tenebuntur vna cum illis nondum ſolutos reditus reddere aut alia prædictis bonis priuato nomine impoſita grauamina ſuſtinere: ac ſi quis eo nomine conuentus aut in iudicium vocatus fuerit, immunis & liber pronunciabitur.

XXII. Eodem modo ex vi huius contractus nemo quidquam in ea bona quæ vel vendita, vel meliora à quoquã facta fuerint, præter id quod ius & æquitas poſtulat, ad quod illa obligata fuerint, poſtulare præſumet.

XXIII. Sententiæ ſiue res iudicatæ contra eos qui legitimum agnouerunt iudicem, & ab eodem vocati, in iudicio comparuerunt, & auditi & defenſi ſunt, legitime latæ, ratæ habebuntur, neque quiſquam ijs contradicere

volens

volens, nisi per ordinariam iuris viam, admittetur.

XXIV. Tam serenissimorum Archiducum quā illustrium Ordinum nomine, homines apti & idonei constituentur, qui ijs in locis, oppidis & castellis, quæ proprietarijs ex vi huius contractus, durantibus his inducijs possidenda restitui debent, iustitiam & politiam administrent.

XXV. Bonorum mobilium in fiscum redactorum vsusfructus ante tractatus huius conclusionem, percepti à nemine poterunt reposci.

XXVI. Omnes mobilium bonorum actiones, quæ vel ab Archiducibus aut Statibus vnitis ante primum Ianuarij Anni millesimi sexcentesimi septimi ad vtilitatem particularium debitorum remissæ fuerint, vtrimque extinctæ manebunt.

XXVII. Tempus à primis fere belli motibus nēpe ab Anno millesimo quingentesimo sexagesimo septimo ad præsentem vsque elapsum, inter eos, qui à diuersis partibus steterunt, nullam præscriptionem inducere aut caussari poterit.

XXVIII. Qui durante bello in locis neutri parti addictis vel obnoxijs vixerunt & adhuc viuunt, huius quoque tractatus beneficio gaudebunt, & quocumque voluerint commigrandi, ad pristinum domicilium reuertendi, ibique tuto & secure degendi licentiam habebunt, ita tamen vt secundum cuiuscunque regionis, oppidi & loci leges & iura vitam instituant & agant: neque eam ob caussam, quod scilicet alibi etiam quocumque in loco aut regione habitauerint,

tauerint, lis eis intendetur, aut bonis eorum manus inijcietur.
XXIX. Quamdiu induciæ præsentes durauerint, nulla noua fortalitia ab alterutra parte in quacunq; Belgij prouincia exstruentur.
XXX. Domini & Comites Nassouianę familię, quamdiu præsentes induciæ durauerint, neque ob debita ab Auraicensi quondam Principe ab Anno millesimo, quingentesimo sexagesimo septimo vsque ad obitum ipsius contracta, vt nec ob reditus nō solutos ex eis bonis quæ fisco hactenus applicata fuerunt, ab vllo vel quoad personas vel quoad bona eorū appellari, conueniri, aut turbari poterunt.
XXXI. Si forte, (quod absit) ab homine aliquo priuato aut singulari, absque iussu aut consensu Regię Maiestatis, serenissimorum Archiducum, aut illustrium Statuum, contra præsentes has inducias tentatum fuerit, damnum quidem eo in loco vbi contrauentio facta fuerit, resarcietur, si tamen iniuriæ auctores ibi deprehendantur; sin minus, ad eorum patriam & domicilium recurrendum, deque damni satisfactione agendum: extra prædicta vero loca ab omni contra eos actione, aut tam in personis, quam in bonis persecutione abstinendum erit. Neque ob talem caussam alterutri partium fas erit arma rursus arripere, & inducias violare aut tollere, si tamen alicui aperte vis & iniuria facta esset, eique iustitia denegaretur, ei vsitatis in eiusmodi casa, Repræsaliorum scilicet, Arrestorum & similibus remedijs vti licebit.
XXXII. Omnes Exhæredationes, & dispositiones,

nes, partium aut belli odio factæ, cassæ & irritæ habebuntur, perinde ac si nunquam factæ essent.

XXXIII. Omnes subditi & inquilini tam sub Archiducum quam Ordinum imperio, cuiuscunque status aut conditionis fuerint, successionis in hæreditatibus tam ex Testamento quam ab intestato, secundum cuiusque loci iura & statuta, adeundis, capaces & ad eam habiles pronunciantur: ac si forte ante hoc tempus aliqua ad aliquẽ deuoluta esset aut delata hæreditas, ei illa salua atque integra erit, & fruenda concedetur.

XXXIV. Omnes in bello vtrimque capti, sine lytro liberi dimittentur.

XXXV. Quo vero præsens hic contractus in omnibus & singulis exactius seruetur & custodiatur; tam Ragia Maiestas & serenissimi Archiduces, quam Illustres Ordines pro se quisqꝫ promittunt, se pro sua quemque virili, & in sua quemque ditione omnibus viribus eo incubituros, vt maria omnia, flumina, itinera, viæ, piratis & prædonibus purgentur, & liberà ac tuta habeantur, vtque latrones & piratæ à se deprehensi, seueris supplicijs sine vlla conniuentia afficiantur.

XXXVI. Ijdem pollicentur & recipiunt, nihil se contra prasentem hunc tractatũ siue contractum, aut in eius prçiudicium facturos, aut directe vel indirecte, ab alijs fieri passuros; si quid vero contra factum fuerit, id se sine vlla recusatione aut mora restauraturos. Et quo melius atque exactius omnes suprapositi Articuli inuiolati seruentur, & Regia Maiestas cum sere-
nissimis

nissimis Archiducibus tam suo quam successorum nomine, & Illustres Ordines sese obstringunt, & ad maiorem vim huius contractus, omnibus iuribus, legibus & consuetudinibus, omnibus denique vllo modo præsenti contractui repugnantibus, renunciant, eaque à se abdicant.

XXVVIII. Præsens hic contractus ab ijsdem, Regia nempe Maiestate, Archiducibus & Ordinibus, approbabitur & ratificabitur, & litteræ ratificatoriæ inter dictos serenissimos Archiduces & Illustres Ordines, in debita forma intrà quatriduum expedientur, & ab vna parte alteri tradentur. Quod vero ad Regiæ Maiestatis Ratificationem vel Approbationem attinet; dabunt operam Archiduces, hocque ipso sese obstringunt daturos se operam atque effecturos, vt intra trimestre ea itidem in debita forma à Regia Maiestate impetretur, & Ordinibus tradatur; sic vt Ordines & eorum subditi tuto ac secure omnibus huius Contractus beneficijs & fructibus gaudere atque vtifrui possint.

XXXVIII. Contractus hic omnibus in locis vbi mos est, publice proclamabitur & promulgabitur; & quamprimum Ratificatoriæ litteræ inter Archiduces & Ordines mutuo traditæ fuerint, omnis sistetur & in posterum cessabit hostilitas.

SOLI DEO GLORIA.

OBSIDIO ET EXPVGNATIO oppidi & Arcis IVLIACENSIS.

QVVM post mortem Ioannis-Gulielmi Ducis Iuliacensis, qui nullis relictis liberis, 25. Martij 1609. decesserat, Elector Brandeburgicus, & Palatinus Neoburgicus relictæ ab eo hæreditatis possessionem apprehendissent; Imperator vero, misso Archiduce Leopoldo, Argentinensi Episcopo, non decisionem litis tantum, verum etiam rerum administrationem, quoad sententia lata esset, ad se traheret, adeo vt res ad motum longe periculosissimum spectare videretur: non Protestantes tantum in Germania Principes, verum etiam Galliæ & magnæ Britanniæ Reges, itemque Confederatarum prouinciarum Ordines conuentus passim agebāt, in quibus de Iuliacēsi præcipue controuersia componenda, tum de mutuis auxilijs tractatum fuit. Quamuis autem vna Iuliacensis arx, in qua Leopoldus Archidux Cæsaris nomine possessionem apprehenderat, & Ioannem Rauschenbergium cum valido præsidio ei vt ante præesse iusserat, Principum imperium detrectaret: nihilominus Galliæ rex ipse expeditionem suscipere, copiasque cum Mauritio Nassouio coniungere decreuerat, omnibus per Germaniam passim partim metu partim admiratione & sollicita euentus exspectatione stupentibus. Quid enim duo hi

post homines natos peritissimi Imperatores siue Bellatores non potuissent efficere? quæ vrbes, quæ claustra ipsorum conatus potuissent retardare? Verũ Galliæ rege, immortalis memoriæ, in ipso apparatu & quasi procinctu per nefarium scelus occiso, consiliorum quidem ratio fortassis mutata, non tamen decreta iam, intermissa fuit expeditio. Et primum quidem Christianus Princeps Anhaltinus, Vnitorum Imperij statuum supremus belli dux in nupero conuentu Halæ Sueuorum declaratus, Dusseldorpio Hambachum profectus, pagos & arces circa Iuliacum occupauit.

Die 25. Iul. Comes Mauritius cum centum & triginta octo peditum signis, equitum vero delectorum tribus millibus, Nouesium, quod Rhenanum Vbiorum, quatuor milliaribus sub Colonia Agrippina situm oppidum est, quadraginta octo tormenta ænea, & mille currus commeatu atque armis vijs onustos secum vehens aduenit, vbi Brandenburgicus & Neoburgicus Principes eum accedentes, vniuersa eius castra, aciesq; pulcherrime instructas perlustrarunt. Mauritius igitur illis sese adiungens Dusseldorpium, Galliæ Angliæq; Regum Oratores salutatum concessit, sumptoque ibi cũ Principibus prandio, ad castra sua reuersus est. est autẽ vt dum mouerentur castra currus duo puluere tormentario onusti, nõ procul à Mauritio Comite incuriane militum, an clandestinis insidijs incertum, accenderentur, tanta quidem conuulsione, vt septuaginta milites trucidati occumberent, & non pauci grauissime

vulne-

vulnerarentur, Mauritio tamen saluò & incolumi conseruato, qui simulatq; 28. Iulij, vna cũ Anhaltino Principe & vniuersis castris, Iuliacum aduenit, designatis statim cuilibet Præfectorum & Ducum suorum stationibus, omnẽ firmandis munitionibus, collocandis tormentis & vineis seu fossis ducendis operam, oppidanis frustra multa tormentorum displosione, & trecentorum sclopetariorum militum eruptione repugnantibus, dedit & impendit, Guilielmo interim Nassouio Comite, cum militibus quibusdam Frisijs ad Schenkcij castrum, pro tuendis ab Hispanorum irruptione limitibus, se recipiente.

Propugnacula ad Iuliacum exteriora expugnata.

In obsidione Iuliacensi, cum Mauritius Princeps Auraicus animaduerteret, maioris quam putauerat molis eam futuram, arcemq; Iuliacensem solido ex vna parte saxo, ex altera frequentibus palis impositam, & propterea cuniculos minime admittentem, expugnatu admodum difficilem fore, magis magisq; ad vrbem appropinquare cœpit, castris quamproxime ad exteriora eius propugnacula admotis, quin & decimo Augusti die propugnaculum vnum vehementi irruptione in illud facta occupauit, quamuis non sine damno & sanguine multorum, equus Anhaltini principis glande plumbea percussus concidit, Præfecto vero vigilum, qui miles fortissimus & ciuitatis Grauiæ gubernator prudentissimus fuerat, crus dextrum tormento abreptum fuit, tanta conuulsione vt intra paucos dies ex vulnere isto moreretur. Cæterum cum ex pro-

pugnaculo alio damni plurimum caſtris inferretur, Mauritius 14. Auguſt. die, ſeptem ex duabus munitionibus tormentis id quaſſare indeſinenti ſtudio cœpit, quumque Anglorum & Scotorum cohortes, irruptionem in id ſemel atque iterum facientes, reiecti à præſidiarijs dicerentur, iterata tormentorum diſploſione, eos tandem id deſerere coegit; quod ſtatim ab Anglis & Scotis, quemadmodum & munimentum aliud non longe inde diſtans occupatum eſt. Cum igitur obſeſſis propugnaculum nullum amplius extra arcem reliquum eſſet, impetu in arcem conuerſo, ciuitati parcendum Mauritius imperauit.

Interea um c18. Auguſti die Gallicanæ quoque copię in caſtra Iuliacenſia aduenirēt, Mauritius Princeps cum ſex equitum maxima parte cataphractorum turmis, obuiam eis procedens, honorifice eas earumque maxime ducem Caſtræum excepit, qui quatuor è veſtigio ex illis quæ aduexerat tormenta ænea globis onerata in arcem diſplodi iuſsit, vt velut hoſtem ſe venire Iuliacenſibus pręſidiarijs teſtaretur, ad ſtationem inde ſuam quæ ad Ruram fluuium copijs Gallicis deſignata munitaque iam erat, concedens.

Die 20. Auguſti cum Marchio Braudenburgenſis aſſumptis nobilibus aliquot caſtra vndique perluſtraturus à ſtatione vna ad aliam eques veheretur, à præſidiarijs Iuliacenſibus tormentis plurimis appetitus eſt, tanto quidem feruore, vt vix ad duos paſſus ab eo conſtituto equitum præfecto Loſio, itemque nobili cuidam alij crus alterum abreptum fuerit, ex

rit, ex quo vulnere hic paulo poſt etiam mortuus eſt. Interea cùm Principum milites ad foſſam arcis quam proxime acceſſiſſent, eamque explere lignorum faſciculis & alia quacunque materia cœpiſſent, vineas aliquot cōcameratas parari curarunt, quarum beneficio cunicularij ad vallum & propugnacula arcis admoueri ſecure poſſent.

Arx Iuliacenſi vehementiſſime oppugnatur.

Cæterum continuata noctes dieſque quadraginta tormentorum diſploſione, factum tandem eſt, vt non tantum obſeſſorum nemo in vallis ſe conſpiciendum præbere potuerit, ſed & lata paſſim murorum ruina facta ſit, multis meſonautis vallum conſcendentibus & aditum cunicularijs acceſſumque multis in locis parantibus. Interea cum Principibus deditionem fieri per tubicinem expetentibus, Rauſchenbergius triduum ſibi ad deliberandum permitti petijſſet, nihil quicquam remittentibus à diſploſione tormentarijs, ſed & cunicularijs accenſis duobus cuniculis ruinam latam admodum in vallo excitantibus, Mauritius ad faciendam, inſtructa acie irruptionē omnia diſpoſuit.

Iuliacum quibus conditionibus à Principibus occupatum.

Præſidiarij igitur hoc videntes, vrgentibus eos maxime & ne vi armataque manu expugnationem fieri permitterent, multis precibus contendentibus oppidanis, miſſo in caſtra tympaniſta, abſtineri iam tandem à tormentorum diſploſionibus quod deditionem facere parati eſſent, Principes rogarunt, qui petitioni annuentes, datis acceptiſque obſidibus, 22. Auguſti veteris vel 1. Septembris noui calendarij die ſequentibus cum eis conditioni-

bus transegerunt. Principio quod Henrico IV. Gallię quondam Regi Brandenburgicus & Neoburgicus Principes promiserunt, se nimirum in Iuliacensi, Cliuēsi & Bergensi principatib. alijsque ad eos pertinentibus prouinciis & regionibus quas iam possideant circa Romano-Catholicam religionem nihil quicquam mutaturos, sed eius exercitium & professionem liberam vnicuique permissuros, idem etiamnum constanti animo, Ecclesiasticis personis omnibus in patrocinium suum acceptis, priuilegiisque & immunitatib. eorū vt redditibus, pensionibusque anuuis & beneficiis alijs vti frui tranquille possint, conseruatis, se facturos polliceri. Præfectum & præsidiarios debere Principibus ciuitatem arcemque Iuliacensem cum omnbus tormentis, omnique bellicorum instrumentorum apparatu saluam & intemeratam ante decessum suum tradere, ita vt nihil supposito igne vel alia raione corrumpant; vel si id fecisse depræhendantur, Principes pactis hisce stare amplius non teneantur. Gubernatori ducibus vt & præsidiariis omnibus licitum sit, cum armis equisque & vniuersa supellectile sua quocunque velint recedere, curribus aliquot ad deuehendos cum suppellectile ægrotos & vulneratos ipsis concessis, decedent autem tympanis, fumigantibus funiculis & explicatis vexillis instructi. Ministris Archiducis Leopoldi, & aliis tam Ecclesiasticis quā politicis cuiuscūque dignitatis & cōditionis sint, cū vniuersa sua libraria aliaq; supellectile libere

bere discedere fas sit Literas & monumenta omnia ad arcē oppidūque pertinētia, deputatis ad hāc rē à drincipibus personis. Gubernator fideliter nihil eorum vel retinendo vel supprimeudo tradat. Magistratus ciuesque omnes priuilegijs suis gaudeant, facultate ciuilibet cum armis & supellectile sua ciuitate discedendi relicta. A Principibus commissarij quidam in arcem qui literas & monumenta omnia cum tormentis & reliquis ad munitionem pertinentibus rebus à Gubernatore accipiant, quamprimum mittantur: Gubernator præterea operam det, vt præsidiarij Bredenbendiam arcem etiamnum tenentes, eodem quo Iulia censes modo decedant, captiuos omnes vbi hospitibus suis satisfecerint, dimittat, & equos ante obsidionem interceptos restituat. Ipse vero in bonorum suorum omnium possessione maneat, priuilegijsque & immunitatibus suis, nemine ipsum ob res hoc bello ab ipso gestas interturbante fruantur, ea tamen lege & conditione, vt iuramentum fidelitatis Principibus æque vt alij nobiles præstet, & sententiam hac de re suam trium mensium spacio explicet. Gubernatori, ducibusque & præsidariis Iuliacensibus, quocunque velint, extra Principum & vnitarum Belgicarum prouinciarum territoria se recipere fas sit, ad quadraginta tamen dies, dummodo ab omni hostili aduersus principum, vnitarumque prouinciarum subditos conatu abstineat, subsistere ipsis secure liceat. Præsidiarij decedentes duos ex præfectis siue du-

cibus

cibus ſuis obſides. donec conceſſi ipſis currus & equi reuertantur, in vrbe relinquant, & omnia hæc ſequenti ſtatim 23. Auguſti veteris vel 2. Septembr. noui Calendarij die, ita faciant.

Et hæc quidem victoria, quamuis alienis in finibus parta, tanto maiorem laudem victori Mauritio peperit, quanto initio difficilior credebatur. Sed inuia virtuti nulla eſt via. In quo deſino.

FINIS.